q Vod magna tibi rē fortuna substulerit naufragio: non potes nō cōgemiscere: ut mihi qdē renūciatū est: facis ut īterdū illi solent q languent aliqua egrotatiōe: quos cogit naturalis dolor nō posse īterdū seipsos tolerare. medici uero q ualent meliuscule īducūt quæ ad medicinā prosunt. Cogita ꝑ deū īmortalē hæc fortunæ bona: semꝑ fuisse lubrica neminemq̄ unū diē tuto possedisse. Itaq̄ recte philosophi uoluerunt extra animū & extra corpus esse fortunæ dicēda bona. Qualis aūt fortuna sit lege Nasonē īquientē: Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat. Et manet ī nullo certa tenaxq̄ loco. Quid igiť tibi dolendū est: si ꝑ ueteri sua cōsuetudine fortūa tibi rapuit quæ tua nō erāt: Si diminutū eēt tui corporis deus: posses id fortassis īpatientius ferre. Si uirtus & laus tua & oē anī decus deterius factum esset: nō iniuria tibi ducerē lachrymandū & ad cælem usq̄ tollendos ullulatus. Tua enim hæc sunt cū qbus īmortalē gloriā sis cōsecuturus. sed quæ solent ut Basilius inqt: Alearū more ab uno in aliū commutari: nec stabilia possunt appellari: nec cū effluxerint gemēda sunt. At dices ad necessitatem nō est mihi fortunarꝫ satis: Cui ego naturā ne ignoras paucis minimisq̄ cōtentā esse: Sine qbus ut Luculus aut Crassus uiuere: uiuēs ut Tellus atheniēsis: ut Codrus Romanus. Si non erit tibi domi regius splendor: erit ciuilis parcimonia & urbana modestia. Cōmunis est quotidianaq̄ in singulis orbis partibus hæc tua iactura. Sed stultos opprimit dolor: sapiētes rō moderať. Essem ī hoc dicēdi genere longior: si censerē hæc & multo plura te latere. sed quoniā satis intelligo: ad te cōsolandū ī hac re nullum argumentum incognitū esse tibi: quæ scripsi. nō arbitreris ut tibi consulam esse missa sed

ut declarem non esse me immemorem pietatis in te meæ. Vale.

Consolatoria pro re perdita familiarissima.

a Ccepi naufragiũ tuũ: & ut pturbaris eã ob rẽ itellexi. Certe cõsolaret te pluribus argumẽtis: nisi p nr̃a familiaritate te cognoscere: ut īquit Horatius intus & ī cute. Itaq; scio te prudẽtẽ facileq; itelligere fortunæ quæ appellant̃ bona nullius esse ppria. Quod si terra ī his rebus nemini fidẽ seruat: q̃to minus seruabit pontus: cui: q se fidit: ut Iuuẽalis ait. Est digitis a morte delatus quatuor aut septẽ. Tãtus ẽ hyatus ī pelago: ut assidue submergant̃ rates. sed qd leuius: q̃ se cõmittere uẽtis: quorum cõtinua mutabilia quãta sint: q nescit homo nõ ẽ: Eiuscemodi naufragia quotidie fiunt: fortũæ nulli sunt æterni comites. Amisisti rẽ nõ tuã: quod suũ erat fortuna recepit. Virtus tua cõsilio & rõne tibi modo seruet̃ & augeatur: nõ deerit propediem res amplior atq; magnificentior. Hæc satis: quod reliquũ est: me habes: cuius rebus omnibus æque uti possis ac tuis. Vale.

Grauis pro re perdita.

e T prius acceperã nescio qd & nũc factus sum certior naufragio te rẽ non paruã amisisse: proptereaq; mirifice au gi. Haud recte saperent: q tecũ beniuolẽtia iunctis hoc aduersus te fortunæ uulnus dolendũ admodũ censerent. Ego uero: qui & si non sapio: curo tñ sapiẽtũ imitari consilia: neq; dolendũ esse arbitror cuiq̃ hunc casum qui te amet: nec tibi uel ferendũ iniqua mente uel censendum inopinati quippiam accidisse. Quis est enī qui dicere possit suũ esse: quod fortuna laagiri solet: Nã siue maiorũ exẽpla sequamur seu ueterq̃ sententias audiamus: quanq̃ ad uirtutes exercendas sunt hæc quæ dicuntur fortunæ bona necessaria neq; tamẽ in corpore neq; in animo sita ualent hominũ appellari propria. Sunt enī instabilia. lubrica & quæ continue mutantur ut illud Senecæ: Rotat omne fatũ. Et rursus: quẽ dies uidit ueniens superbũ: hunc dies uidit fugiens iacẽtẽ. Quãobrẽ & iure ac merito illud addit. Nemo confidat nimiũ secundis nemo desperet meliora lapsis. Miscet hæc illis prohibetq; Clotho stare fortunã. Nonne & illud restat iuuenalis. Si fortuna uolet fies de rethore consul. Si uolet hæc eadẽ fies de consule rhetor. Et rursus illud seruis regna dabunt captiuis fata triũphos. sed bene monet idẽ inquiens. Nullũ numẽ abest: si sit prudentia: sed te nos facimus fortuna deã cæloq; locamus. Nam & Boetius ipse seuerinus ita fatũ diffiniens. Fatũ est inherens īmobilibus series qua diuina prouidentia suis quæq; nectit ordinibus: Et non multo pꝰ ait. In nostra potestate sitũ est qualẽ fortuna fundare malimus. Nemo sapiens quicq̃ sibi duxit esse subreptũ cũ fortunas amisit: & plerique suarũ uirium cõpotes non dolent fortunæ cursus sibi fuisse aduersos Et Ouidiũ audiunt dicentẽ. Plus fati ualet hora benigni: q̃ si te ueneris cõmendet epistola Marti. Non omnino approbo senecæ illud. Non sollicitæ possunt curæ

mutare rati ſtamina fuſi:ſed ſapientibus conſultoribus nemo congemiſcat ſi quid aduerſitatis fortunæ ſibi ereptum eſt. non doluit apud Homerum ulixes:nec ſe quicq̄ perdidiſſe dixit. Cũ naufragiis nudus eſt eiectus ad corcyram:ſed tanta uirtute uir præditus a Phœacibus & Alcinoo Rege ſuſceptus ẽ humaniſſime ditiorq; dimiſſus q̄ ante iacturã fuiſſet. Quicq̄d hæc bona eos:a q̄bus coli ſolent:iterdũ peiores efficiũt:ut inq̄t Tullius. Cũ his enim pferunt̃ uoluptatibus q̄ ſunt epycurei & patrant multa ſcelera q̄ mali ſunt:ſed cũ non ſit malũ auꝝ & argentum quæ creauit deus(ut Auguſtinus ait)ſed malus homo dimittens creatorẽ & cõuertens ad creaturã ut illud ẽ dauiticũ. Simulacra gentium argentum & aurũ. Quis tamen poſſit ſe tuto dicere poſſidere quæ nullus habet certa:Crœſſus enim lydorũ rex cui tãtus theſaurus erat uno die a Cyro pſarum rege tot tantiſq; diuitiis priuatus eſt. At Cyrus ipſe a uili muliercula & regno ſpoliatus ẽ & uita. Quãdiu fretus eſt Darius perſarum gaza:q̄diu lacedemoniorũ & Athenienſiũ res publica ſuis opibus potitæ ſunt. Artaxerſes qui cũ tanto apparatu terra mariq; ĩ terminaretur in Græciam minimo quodam nauiculæ ſpacio contentus ĩ regnum rediit omni exercitu perdito. Quis fuit Annibali finis:qui perter refaciebat orbem:Quis Pompeio:Quis Cæſari qs deniq; maximis Regibus exitus. Vt illud ẽ Iuuenalis. Ad generũ cereris ſine cede & uulnerẽ pauci deſcendũt reges. Et ſicca morte tyranni. ſed prætereamus principes quorũ fortunæ:propter ambitionis obiecta tela rotantur aſſidue. q̄ crebri ſunt huiuſcemodi caſus ut naufragio corruant opes pluriæ nã qui ſeſe cõmẽdat Eolo ducitq; tuta eſſe ſua ſingula is haud minus inſanit:q̄ ſi ĩ mediis leonibus decertans cũ beſtiis faceret ſibi uitæ fidẽ. Cõmuniſſimus eſt igitur hoc periculorum genus:ut poſſit iam quottidianũ appellari. fortunæ uero munera in hominũ poteſtate nõ ſunt:& eo debent haberi ĩ precio:quo Terentius uoluit inquiens. Hæc perinde ſunt:ac animus q̄u itur. Quod ſi ſapies ut antehac feciſti ſemp infirma ſolidaq; uirtute rẽ tuã omnẽ collocabis. nã quas diuitias appellant:ut Aurelius ait:uere non ſunt. Bona ea dici debent. quæ gloriã ĩmortalẽ pariunt. ſcriberẽ ad te plura:ſi cenſerẽ tui potius cõmouẽdi:q̄ amiciciæ meæ cauſa ſcribendum eſſe Vale.

Sinonima conſolatoria pro re perdita.

Fer æqua mente rem amiſſam.
Noli deſperare meliora tranſactis.
Ne deiicias animum propter fortunæ aduerſitatem.
Eſto bona mente in perdita re minime tibi propria.
Nihil amiſiſſe iudica cum pecunia tibi ſublata eſt.
Cui uirtus ſuppeditat gloriam. ei fortunæ difficultas lugenda non eſt.
Imitandi ſunt ſapientes:qui nullam ſibi iacturam fortuitorum duxerũt ẽẽ lugubrem.

Sapientis consilio patienter ferenda sunt aduersae fortunae tela.
Immoderata tempestate. nullus fortis deiecta mente iacuit sed eo fortior factus est.
Cum animi uirtute toleranda sunt fortunae bella.
Qui patientiae loricam induit fragilitatem fortunae non metuit:
Solet animi magnitudo tūc eē praestantior: cū occurrūt pericula grauiora.
Nihil est in aduersitate desperandum prosperitatis.

Familiaris Consolatoriae pro exule.

l Egi tuā epistolā nō minus iniucūde quanq̄ tu uideris īpatiētissime fere: quod extra patriā urbē cogaris exulare. Vbi nā tua solita prudentia nūc latet: Nonne iam pridē ītellixisti nihil esse dolendū: qđ neq; famā apud doctos & ꝓbos damnet: nec gloriā faciat eē apud superos diminutā. Quis enim uir bonus est q̄ nō manifesto cognoscat nullo te tuo crimine factū exulē: sed inuidoꝝ delationibus & īproborū studiis. quod si quo factū id esset tuo scelere: causam exilii tui nimirū dolendā tibi esse censerem Nam in hominū coronā uenires criminādus & assidue īpietatis accusandus & rei fama quae in te notāda esset: iure ac merito: nec posset ab hominum clarissimorum iudiciis reuocari: nō esset abs te sine tuis lachrymis audienda. Simularet enim te consciētia quae ante oculos poneret nefas qđ patrasses doceretq; te tuae culpae poenā lucrari: esset intolerabilis exilii poena: sed intolerabilior certae conscientiae culpa. Me miserū diceres tecum loquens quid cogitaui: quid secutus sum: quid uolui: quid erraui: quā poenam sceleri: dedi ubi: penates: ubi solacia ubi clientellae: ubi reliqua mihi in urbe sua uissima: omnium memor esses meritoq; illud Boetii posses in te cognoscere infoelicitatum omnium pessimum esse genus se meminisse fuisse felicem. At nunc cum intelligas errasse te nihil: sic dices atq; conuersus. Ego nihil cōmisi sceleris: decepi neminem Neq; fidifragus dici possum: nec alicuius criminis auctor. Inuidiae me tela sunt insectata: quam sic Cicero diffiniuit inuidia est egritudo alieni boni. Cōmunis est haec pestis procerū ualitudini paratissima: Nā ut illud est Senecae. feriunt summos fulgura montes nemo me ex patria pepulit cū sim ubiq; terrarū atq; gentiū bene ac cum uirtute uiuens patriam inuenturus. Neq; erat illa patria: q̄ nō mihi: sed scelestissimis pluribus est cōmunis. considerabis deniq; ex maximo fluctuum turbine in tranquillissimū te portū peruenisse hoc est ex summa difficultate susurronū murmuratorū inuidorū detractorū decoctorū delatorūq; quib⁹ habundat tua patria: in optimum conuentum bonorum ciuiumq; praestātium profectum esse. Haec scio tibi eē perspectissima: nec ꝙ ea ignoras ad te scripsi: sed ut in recenti uulnere amicissimi medici officio fungar qui uel non uocatus accedam ad medicandum. Cura ut ualeas.

Familiarissima.

q Vod exulē te ꝓscripserint īuidiaqꝫ īprobi quidā: q tuæ laudis maiestate nō poterant tolerare: ne doleas amice optime. Sic. n. ab illis fieri solet: quos dissimilitudo morū atqꝫ studiorū reddit inimicos. Quo modo poteras illis eē gratus: q sunt oī uicio polluti. Iure te igitur noluerūt secū eē: quē sciebant scelerū sociū habere non posse. uiues cum illis & diutius & fœlicius: quos istic inuenis tui similes ꝓbos inq̄ & iustos: quorū societas & consuetudo poterit omni' te semper molestia liberare. Vale.

Grauis consolatoria pro exule.

q Vod exiliū lugeas: quasi rē molestissimā & quā nequeas tolerarē: uolui misericordia quasi ad te recreādū cōmouerit: quippe qui nō possum aliqn̄ humanitatis officio nō fungi. Cū ut īquit Terentius possim dicere: homo sum humani nihil alienū a me puto. Docet & nos apostolus īquiens debere nos gaudere cū gaudētibus & flære cū flētibus: & ne humanitatis officiū turpe sit: nec gaudiū uel fletus sine recta rōne. Nā quanq̄ oīs passio īprobanda ē: cū cōtra rōnē niti uideaē: tum eo ē fœdior: quo magis excedit. & nō obseruaē illud ulissis qđ apud Terentiū usurpatū ē: ut Ne qd nimis cogit natura nos aliqn̄ dolere & cōgemiscere. Nō. n. sumus ferrei nullus ī nobis sit sensus. sed ī oī reseruandus ē modus ille Ciceronis: & tenēda mediocritas Aristotelica Nisi frenaremur īpetus sensitiuos: & cū rōne moderaremur appetitus: certe īter nos & belluas nihil īteresset. Sentiūt n. & illæ quæ dulcia sunt & quæ amara: doloribusqꝫ atqꝫ uoluptatibus īuoluunē. At ī nobis cōsiliū temeritati præficiē. sobrietas intēperātiæ. Innocētia maliciæ: & oīs rō sceleribus cunctis. Itaqꝫ cū uel graue ac ꝑ difficile fuisset hoc bonus exilii tui: debuisses post diutinas lachrymas cōualescere: & te totū tibi reddere. Ego igiē iā meipsum ī mentē quietiorē traduxi cognoui qꝫ tuā hanc aduersitatem: neqꝫ lugendam esse: nec aduersitatis cognomentū promereri. Nam sunt qui diffiniant exiliū: quasi extra solum patrium. At Socrates cū quæreretur cuius esset: mundanus sum respondit: declarat hoc responso: non eē uirum grauem atqꝫ doctum alicuius urbis terminis regionibus ue finibus circunseptum: sed in uniuersum orbem posse aperta fronte summaqꝫ cum laude progredi. Itaqꝫ recte Cicero non esse interminandū illis ait exilium: quibus urbs una circunscripta non eēt: sed omnis orbis foret patria. Iure igitur Hercules argiuum se dixit. subditqꝫ: sed omnia græcia mihi patria est. Quod si recte metimur uitæ nostræ cursus diligenterqꝫ intuemur unde uenimus quo ue pergimus: intelligere manifesto possumus: nullam esse uobis in hoc orbe patriā. Quod si recte nos nouimus ut Apollo monuit. ex cælo sumus in terris missi: ut per eas peregrinantes in cælum deniqꝫ rediremus: ubi uera est nobis patria. Nonne ubi parentes hominū sunt ex quibus ueram expectant hereditatem: ibi patriam mortales esse dicunt. Nam & huic patriæ Chretenses censuerūt post superos nos prima de

bere iura: Sed deus oīum bonoꝝ parens ē: quos sibi heredes futuros esse p misit & īstituit coheredes Christi. Eā igit̄ sanctā ciuitatē de qua abunde locutus ē diuus Aurelius: debemus nobis patriā affirmare & ab ea ne exulemus: oī cura ꝓuidere. Nec. n. illo exilio uel inuidis testibus uel iniquis iudiciis cōdēneremur: sed hoc orbis exiliū nemo sapiēs alicuiꝰ extimat precii: ꝓsertim cū apud īdoctos nunq̄ magnificati fuerint uiri clari. Exulauit Alcides q Græciā oēm summis affecerat ornamētis. Eiectus est Lacedemon Lygurgus q eā tā ꝑclaris egibus īstituerat Athenis pulsus ē Solon q tradiderat populo iura quæ sequerent̄ pulsus Alchybiades: male habitus milciades: male Pericles. Roma: uero romulū cōditorē īteremerunt. Camillū fecerūt exulē īgrati fuerūt ī Scipionē. In Tulliū ī plerosq; alios quoꝝ nomina prolixius esset q̄ utilius dicere. Sed quot uiri ꝑstātes p deū īmortalē habiti sunt extra natale soliū ꝑstantiores q̄ domi: Nam Lucinius dimiscis uolscis: hebitus ē Romæ rex tarqni cognomēto Pitogoras uero Aristoteles & Tullius & Naso & Maro extra domū primā floruerūt & claruerūt. Cadinus longe e patria thebas cōdidit. Marius arpinas natus Romæ uir magnus factus est. Nescis raros ī patria pfectos esse: obstat īuidia. obstat ābitio obstat cōpetitio. obstāt cōtētiōes &c. quæq;: qbus uulgus mīstris utit̄ aduersus sapiētes: nō ē igit̄ dolēdū tibi qcq̄: nec cētendū amisisse te pr̄iam: q̄diu & uirtus te comitabit: & uirtutē fama ꝓsequet̄ & famā attinget īmortalitas tui nominis. Hæc quotiēs cogitabis: totiēs arbitraberis hoc pacto fauisse tibi superos: & iouē tuæ rei optimæ cōsuluisse. Vale. Ex Mediolāo tertio nonas decēbris.

Sinonima consolatoria pro exule.

Ne feras graue exul esse.
Fer æqua mente tuum exilium.
Ne doleas ꝙ urbe careas patria.
Non sit tibi difficile exulare.
Non est extra patriam: cui est uirtus.
Non debes te exulem arbitrari qui ubiq; ciuis es.
Patria carent mali: tu uero semper es in patria.
Terabilis est tibi exulatio ab inuidis & malignis.
Vbi tibi bene est: ibi patriam esse censeto.
Ne ducas te exulare alicūde cum tua uirtus nunq̄ possit exul esse.
Fac ut sis aīo cōstanti sic extra urbē honorādus: ut in urbe pollēdus fueras.
Tunc te exulem duces cum fama gloriaq; priuatus uiues:
Patria tua cælum est quo uirtus assidue dirigit atq; ducit.

Quintus Titulus.

Gratulatoriæ familiaris.

a Ccæpi te prætorem florentiæ urbis designatum esse. qui te ad id muneris delegerunt: nequerunt non esse uiri omni laude cumulati.

Id ea sū assecutus cōiectura: qđ afficiūt mirifice suæ p̄riæ. Curauitq; diligē ter qcqd ad ei⁹ attinet dignitatē & ornamētū qd. n. dignius & ornati⁹ ī ciui tate bñmerita dici pōt: q̄ iusticie munus nō p̄terire & eius hēre maiestatē añ oculos: officiū aūt huius q̄ uirtutū mortaliū ē excellētissima: ī te cōsistit ī pri mis: ut bonus & fortis p̄toris suū cuiq; tribuat. & alios ad uirtutes alliciat p̄ positis p̄miis: alios deterreat a scelerib⁹ pœnaꝝ metu: Quātū aūt in oī tua uita fueris p̄stās æqtatēq; ī oī tuæ uitæ actiōe ducē secutus sis: nec nūc expli cabo: ne gratulādi loco ad laudatoriā accedā epistolā. Vnū ausim affirmaṝ cōsuluisse florētios reip. suæ nō temeṝ nec īprouide sed accuraṝ atq; studio se. Eūq; sibi delegisse p̄torē: cuius & æqtate maximā utilitatē ac urbis āpli tudinē: & dignissima cōsuetudine sūmā sint iucūditatem assecuturi. Scio q̄ oderis nefandos: & quāta seueritate criminū auctores uelis plecti: ut possis iure & merito cato quodā cēsorinus appellari: & nō iniuria ualeas īter eos cēsores numerari quos uerebāṫ ēt ipsi urbis prīcipes: hoc aūt tuæ mētis īsti tutū qs nō nisi īsanus pōt nō unice cōprobaṝ. Nā iccirco gen⁹ humanū ad īcolēdas urbes īductum ē a ferina illa libertate: qua prius uiuebat īter siluas & latibula: ut muniteṝ mœnibus: & p̄toris sagacitate iusticiæq; defenderet illesum. At ubi tu es æqtatis mīster: ibi eē cēseāt herculē: q & mōstra plectat & tyrānos. Cū bonis aūt q̄ familiarit̄ agis: q̄ human⁹ es: q̄ facilis arte & sua uitate loquendi: & grauitas snīaꝝ. & oī deniq; uitæ cursu q tecū uel publice uel priuaṝ qcq̄ agit: fateṝ sese nestorē audiuisse. Vlyssemq; cōsuluisse. O igit̄ benefactū & prudētissime urbi florētinæ cōsultū. Itaq; & florētinis q talem sint habituri p̄torē: & tibi q tāte præfuturus sis rei. P. summopere gratulor: cupioq; uos fieri quotidie fœliciores ut laus utrorumq; promulgeṝ. Vale.

Familiarissima. Gratulatoria.

g Ratulor tibi mirifice: q; mas tibi natus sit filius: nec tibi soli gratu lor: sed p̄ri tuo uiro grauissimo: & matri fœmīe pudicissimæ & cō iugi tuæ mulieri castissimæ: Scio enī uos oēs hac puelli natiuitate lætissimos eē. Nec iniuria cū & parētīs & aui p̄pagationē sobolis cupiāt p̄ ter cætera: Lacedemonioꝝ. n. & atheniēsiū īstituto qsq; suæ patriæ debet ci ues & quo plures ei gignit: hoc magis ē ab urbe laudādus: & mulier puerpe ra quā possit maiore asseq iucūditatē: q̄ nacta ē: cū pepit: Nā & aurelius in quit nulla aliā de cā nubit mulier: q̄ ut mr̄ fiat. At auus auaq; qua ualent ma iore uoluptate affici: q̄ si sentiāt ī successoꝝ diuturnitate: sui nominis eterni tatē. Iure igit̄ ex Cornelia familia scimus minore cognomēto nō fuisse ge nitū sed ex emilia ortū adoptatū esse ī Scipionis domū: ne genus illud. labe reṫ. Idē ī fabioꝝ genus scriptū est. Idē de Octauio legimus. Idē de Nerone Idem de Othone ac plerisq; aliis. Neq; enumerare est necesse: q̄to fœlicio res aliis sint qui ex se natos uident nepotes. atq; filios. Iure igitur uobis om nibus ita gratulor: ut intelligatis hoc munus æque mihi iucundum esse ac

ſi cælitus meæ domui contigiſſet: Vale.

Grauis gratulatoria.

q Vod tandẽ tibi fortuna fauere cœperit audiui ꝑlibẽter Spes.n.põt
eſſe bonis in omni ſua: q mirifice deſperabant. Nã ut illud eſt apud
Ciceronẽ. Cũ bonis bene fit: bonis quoqꝫ reliquis bene ſperãdũ ẽ.
Lactantius autem perpulchre docet bona ſibi fundamẽta uirtutẽ cõieciſſe:
cũ premia reddebãtur bonis artibus: Torpeſcunt enim ingenia & rigeſcit
mens bona cũ uidet ſuæ laudi nullũ eſſe locũ. Iuxta enim Tullianum illud
Honos alit artes & oẽs ad uirtutes incendit gloria. Pecunia uero & reliqua
fortunæ bona. quæ uirtuti ſuppeditant neceſſarios uſus. Et ſunt ut inqt Ari
ſtoteles ad exercendas uirtutes ĩſtrumẽta ſi præſto nõ ſunt laboribus iuſtis
debilitanť & eneruanť ingenia: Qui obrẽ & Pitagoras & Plato & pleriqꝫ
philoſophi tũ ſuis ſtudiis oẽm operã adhibuerunt: cũ curis familiaribus ca
ruere. Quare & Martialis iure inqt da mœcenates nõ deerũt flacce marões
Vnde & illud Iuuenalis qđ ſi uirgilio & cætera: Merito igiť Perſius ait ꝙ ſi
doloſi ſpes refulſerit numi coruos Poetas & poetridas picas cãtare credas
ꝑ pegaſeũ melos nec ſine ſũma diligẽtia accuratiſſimus ille poeta Virgilius
ait. Si te fata uocãt. Nã auctoritate Iuuenalis illud uerꝝ eſſe cerniť: haud faci
le emergũt: quorum uirtutibus obſtat res anguſta domi: Hodie uero nemo
bonis doctiſqꝫ donat. aut pauperes cõtemnunť & quantũ qſqꝫ ſua nũmorũ
ſeruat ĩ arca: ut dixit Satyrus: tãtũ & fidei. Quare cũ uirtuti fortũa fauet mi
rifice gratulãdũ eſt & gaudendũ nobis: q eadẽ ut tullius ait in cã uerſamur:
qua & tu olim. uideo autem ſimilitudinem quandam tuorum cum tempo-
ribus meis: ut quando tu poſt. diuturnos labores donatus es mercede Idẽ-
tidem mihi ſperandum eſſe ducam Cœperam enim torpeſcere: exiſtimare
ꝙ nuſq̃ eſſe uirtutis adminiculũ ĩplorandũ quippe qui uiderem in illa Ora
tii tẽpora incidiſſe: cũ inquit O ciues ciues quærenda pecunia primũ: uirtꝰ
poſt nũmos. Recte igiť Iuuenalis illud diuitiaꝝ maieſtas & ſi funeſta pecu
nia tẽplũ nondũ habitas: nullas nũmoꝝ ereximus aras. Nã ut eruditiſſime
Ouidius cõplexus ẽ: Crede mihi miſeros prudentia prima reliquit: Et ſen-
ſus cũ re conſiliũqꝫ uenit. Iacebas infimo ut aiunt: nec tibi ſuccurrere laborã
ti: nec aliis abs te auxiliũ poſtulantibus fauere poteras. Itaqꝫ ſordeſcunt oĩa
rubigineqꝫ cõtabeſcunt: qbus fortuna præſto eſſe nõ ſolet. ita enim ager &
ſi natura fæcũdiſſimus: uberrimoſæ: ſi coleret̃ fructus pariens ubi negligiť
atqꝫ deſertus eſt ſilueſcer̃ ſolet: & emanſueſcere: ac adeo arere ut niſi refouea
tur atqꝫ ſtercorizet̃: ab eo nihil plane ſperandũ ſit. Nunc uenit in mentẽ il-
lud tẽpus: quo me cũ lachrymis nõnunq̃ ad cõmiſerationẽ ꝓuocabas: & for
tunam tuam deplorãs quæ foret abiectiſſima: & meam longe inferiorem
ubi communem exiſtimans: a qua nequires adiuuari. Licet nunc iiſdem uti
lachrymis pro meiĩpo. In hac erga tuã fœlicitatẽ gratulatione: rogareqꝫ ne

me deseras:nec me iacere diutius affligitq; tantopere patiaris. Nam istam ī te fortunæ cōsuetudinē & si fortuna duce collatam uideo esse .prudentia tñ tua uirtuteq; singulari ductā & q̄si coactā cēseo. Est. n. in cāpo satyricū illud nullū numē abest si sit prudētia: sed te nos facimus fortuna deā cæloq; locamus. Iure igitur Cicero Stoycorum sententia fretus: Omnes sapientes inq̄t diuites esse: Et Plato uoluit uirtuti ad bene beateq; uiuendū deesse nihil: Sed si peripateticorum nos auctoritas admonet. Eruditissime dixerūt fortunæ bona ad uirtutes exercendas & amplificandas plurimum afferre adminiculi & uæhementissime necessarias eē. Nūc igit̄ memini me apud ueteres pcurrisse: Pithagoram Carneadem Democritū & plerosq; alios tunc cœpisse omnem operam adhibere philosophiæ: cū & curis uacauere familiaribus & rebus affluxere ad uiuendum necessariis. Quis enim quem domestica cogat egestas: in gradiorem potest uirū euadere: Non ab re scriptū est: Pectora nostra duas nō admittētia curas: Tunc & Demosthenes Athenis Demosthene fabro natus Et Cicero arpinas Romæ magnificatus est. cū diuitiæ suppeditarunt otium. Iccirco satyricum extat illud: quid Tullius an ne aliud q̄ sydus & occulti mirāda potētia fati. Quod si Boeti⁹ ī nostra potestate sitū esse uoluit: qualem fortunam fundare malimus. Luget & ipse tamē suoꝝ aduersitatem temporum: & fatum inquit est inherens imobilibus series qua diuina prouidentia suis quæq; nectit ordinibus: casum aūt desinit esse inopinatum rerum euentū. Quamobrē & occurrant oportet ītempestiua importunaq; mortalibus plurima: quibus & cōculcētur & suffocentur interdum & rursus cum dulcia non meruerit qui amara non degustauit Post pharmacū est ualitudo expectanda: & post tenebrosas procellas senerissima speranda tempestas. Quar̄ Virgilius ut doctissime cūcta. Eneam īducit socios hortantē dicer̄, cogit: uos & Scylleā rabiē: uos & Sciclopea saxa experti reuocate animos mœstūq; timorē ponite forsam & hæc olim meminisse iuuabit. Et rursus paulopost: p̄ uarios casus per tot discrimina rerum tendimus in latiū Sedes ubi fata quietas ostendūt: illic fas regna resurgere Troiæ. In hoc tu tp̄s iā peruenisti: nec in illud incidisti Iuuenalis: Durate & uosmet seruate Cicadis. Expectationi tuæ datus ē deniq; modus & tuarū uigiliaꝝ solēnē fastū es consecutus. Gratulandū est igit̄ tibi mirifice: mihiq; ac cæteris bonis oībus sperandū in otius: quo tua ītercessione tua diligentia tuo erga bonos studio p̄ciū simus nostræ sedulitatis īpetraturi: Erāt uenalia quecūq; appetebamus. diminui uēditione nihil poterat. Si diuites alloq̄bamur Sphinges adhibamus. Distichū aut tetrastichū nō erat ededū Martialis more: ut inde sperare alīqd. Et lucerna simul & papyrus terebar̄: Respirarūt: ut uideo: bonæ litteræ: q̄ñ tibi tradunt̄ uirtutis p̄mia. Vtinam hāc fortunæ accessionē ī te fortuna accumulet: ut quēadmodū nūc gratulamur tibi. sic īstar tuæ p̄gressionis p̄ximus nobis unice gaudere. Fœliciter

nūc uiuis. beatissime tūc uiuemus Eritq; gratulatio hæc eo cōior. quo ꝓpē-
sius oēs ad uirtutē stimulabit Nam ut Ciceronis extat illud: Honos alit ar-
tes tu bene uale. Ex Mediolano pridie Calendas Decembris.

Sinonima gratulatoria.

Tibi unice gratulor.
Mirifice tibi gratulandum arbitror.
Tibi gratulor supra modum.
Nunc tuæ fœlicitati quis non gratuletur.
Nemo est: cui hoc tempore: q̄ magis tibi gratulor.
Haud facile possem exprimere: q̄topere tibi gratulor.
Quāta sit mea ī re tua gratulatio: nec ꝓlixiore qdē epistola exprimeretur.
Perinde tuæ gratulor uoluptati: ac si meipsum attigisset.
Tibi uni præcæteris omnibus ac tempestate plurimum gratulor.
Gratulandū tibi esse duco tam uæhemēter ut nihil ad cumulū addi possit.
Adeo tibi gratulor hac audita fortunæ accessione ut nihil me uoluptuosius audire potuisse censeam.
Cum primum accepi q̄ fœliciter tecum actū est: ita gestire cœpi: & tibi gratulari: ut mei non uidear esse compos.
Quod tā ꝓspere tibi successerint oīa: & gratulor admodū & exulto: quippe qui mihi & bonis omnibus non parum esse fructus sperandū arbitror.
Si uis q̄ tibi gratuler intelligere: q̄ tu tibi gaudeas perspicito.
Tu uoluptas mihi commissima est.

Titulus sextus.

Inuitatoria ad amiciciam familiaris.

i Noī humanæ uitæ cursu id præcipue cōsiderādū esse arbitror: qd̄ amiciciæ uim cōplectit̄. Id. n. est nostro generi uæhemētius necessariū quo mentes hominū iisdē iungant̄ officiis studioꝝ: eademq; beniuolentiæ ui. Quod nisi nobis alios amicicia cōciliaret: nisi amoris caritate quadā teneremur ut ita dixerim irretiti: qbus nos uel legū: uel cōsuetudinis uinculis aliis deuinceremus: aut qcq̄ usui nr̄o suppeditaturos esse cæteros censeremus. Sed qm̄ ea est prima qdē amiciciæ rō: ut rō honestatis cā sibi uniant̄ aīorum uires: Prima quoq; ac optima est amicicia quæ uirtutis gratia fundata sit: radices (ut aiūt) ꝑpetuas ī feracissimo solo ꝓpagatura. Ad hanc cōsueuere uiri boni sese mutuo inuitare. Quare Læliū Scipionē inuitasse legimus: ut se amaret. Hoc exemplo & ipse productus sum: qui tua uirtute singulariq; doctrina pollectus te inuitem: ut me nō ames solum: sed pientissime complectaris: & sinu foueas. Nihil erit mihi gratius q̄ ut itelligā abs te amari. Ego autem pro mea uirili non amabo te modo: quem qui nō amet: ille saxeus penitus sit. sed obseruabo quid obseruabo dixi obseruo: ac colo ꝓ ea q̄ in te uirtus est quouis homine bn̄merēte dignissima: quęq; præ

clarissimum uirum referente. Nam q̃tus sis totus iam orbis terrarum ĩstar miraculi narrat: cuius splendoris tuæq; laudis partes: ne uidear aut assentari: aut adulari: faciam in præsenti missas: ad idemq; redibo: quod inicio cœpi: non esse tibi negligendum: ut ameris: ab eo præsertim: qui & sit tibi adiumento non ero: laudi certe semper ero. Quare fac ut me ames mutuo Bene uale. Ex Mediolano tertio calendas Decembris.

Inuitatoria ad amiciciam familiarissima.

q Vantus sit tuæ uirtutis splendor: una eadẽq; oĩum accepi uoce: nec potui: nec continuo in te diligendum & amandum incendi ac inflãmari. Sed quia nihil esset in uita fœdius: q̃ esse in eũ studiosum: qui studio non delectaret̃ alterius: cupio summopere: pari me beniuolentia ꝓsequaris. Nihilo sum. n. tibi post hac unq̃ defuturus: qđ & ĩ mea sit facultate: uel opera. Vtere igit̃ deĩceps me: fortunisq; meis æque ac tuis oĩbꝰ. Tũc me mihi plurimũ satisfecisse cẽsebo: cũ tibi ulla ĩ re maxima satisfecero. Sũ adeo tuæ deditus famæ: ut abs te diligi plus appetã q̃ qcquid reliqui diuitiarum cupidi uel gloriæ sibi ducunt ornatius sublimiusq; appeti aut contigere posse. Bene uale: Ex Mediolano quarto Nonas Decembris.

Inuitatoria ad amiciciam Grauis.

c Vm reliqua ꝑpulchre ac unice dicat erudite Cicero tum id ĩ primis amiciciã præstantissimũ genus ad humani generis cõseruationẽ inuentã esse: quæ similitudine quadã & moꝝ & studioꝝ septa & ueluti circumulata bonos aĩos deuinceret: atq; tueret̃. Quod si Aristotelis testimonio: nõ secus inter uirtutes iusticia splẽdet: ac lucifer aut hesperus ĩter sydera: qđ ꝓclarius amicicia: quæ iusticiæ primũ atq; ꝓcipuũ cõplectit̃ & munus & officium. Plutarchus. n. ubi uæhementius iusticiam laudauit: quæ a Catone deffinita. ẽ. Animi habitus: cõmuni utilitate seruata: suã cuiq; tribuens dignitatẽ. Hæc dignitas inquit ĩ amicicia solet ĩprimis distribui: distributaq; cognosci: sine qua nõ solũ nõ uiuerẽt homines ĩ cœtu: sed ẽt uiui ab officio longius distraherent̃. Quid iucundius ĩ uitaq; suauius: & humano generi optabilius: q̃ habere quibus & domi utamur & foris cum quibusq; de nostris cõmentemur uel uoluptatibus: uel doloribus a quibusq; uel collachrymantibus uel consolantibus recreemur atq; reficiamur: Sumus ĩ hoc orbe peregrini. Quid autem carius esse solet peregrino: q̃ ut comites habeat cũ qbus & itineris sibi sortẽ esse cõem cẽseat: & de iis fabulari possit inter dũ: quæ aut utilitatẽ afferãt aut difficultates diminuãt. Vide quãti sit societas facienda: ut uel Eneas iste troyus. quos habebat famulos atq; ministros: appellat socios: Inqt. n. apud uirgiliũ. O socii neq;. n. ignari sumus ãn malorum: Quod si quis dixerit in illis non fuisse uerũ amiciciæ genus: quod simulationem dissimulationemq; nõ admittit: cum Eneas simularit illo Maronis carmine: Spem uultu simulat: premit altum corde dolorem: respon-

detur iis casibus amiciciæ paratam esse simulandi licentiã cum amicis :qui
bus amicorum illud figmenti genus cõducit succurritque necessitati. Nam
si patri filius:qui aberat in castris:interemptus esse dicatur cum primum ca
stra dicũtur fugata:gladius parat̃ quo se iugulet. Quod si amicus rem dissi
mulat ad diem:quæ ut Terentius ait hominibus adimit ægritudinem:eo
reseruabitur in tempore quo quidem minus moleste feret patientiusq; to-
lerabitur:Has habet & multo plures amicicia uires:qua sublata:uiuendi rõ
ĩter homines corruat est necesse. Solis uiueret̃ belluarũ ferino quodã ritu:
nec coniugia celebrant̃:ut ait Plato:nec ĩcolorent̃ ĩ ciuitatibus domus: nec
ullis uel legibus uel moribus locus esset: Amicicia hæc homĩes ut Theofra
stus inqt:sua sponte subdit iuris æquitati:ut q sese ĩuicem colerent:honesta
tem non effugerent. Hinc domicilia sunt effecta. Hinc coniugia celebrata.
Hinc religioni cœpit opera & industria diligens adhiberi. Hinc affinitates
agnationes.cognationes necessitudinesq; prodiere:sed ea ẽ singularis ami-
ciciæ uis ut Senecæ placet:quæ a uirtute hominumq; gloria sibi principiũ
uendicauit. Alia sunt etiam amiciciæ genera:quæ animorum similitudine
solent esse munitissima:qbus idẽ uolũtatis satis est feruenti studio Nã quæ
Plutarchus affert amicorum quinq; paria. Theseum.& Pyrithoum Achillẽ
& Patroclum Epaminundam.& Pelopidam Phityam.& Damonem Ore
stem & Pyladem. Addãtur & his etiam Eurialus & Nisus. Eneas & Acates:
non singula quidem uirtutis sunt fundata manibus:quãq̃ ad uirtutem om
nia tendunt: Aliis enim fuere generis propinquitates: Aliis ab ineuntibus
annis consuetudo. Aliis aliud quidem in causa. Quare cum ætate sit amor
inueteratur. Nec omnis amor laudandus est:cũ turpia interdũ ament̃ a ma
lis. Quid si feruentius longe:q̃ a bonis honesta. Quanq̃ ego non appellẽ
bonos illos:q uel honesta nõ amẽt:uel cũ amare cœperit non pseuerent. Est
n.constantiæ perseuerantiæq; laus cũ in omni rõne bene cõsiderata ut De
mosthenes ait:optima:tũ multo laudabilior in amãda uirtute :a qua pẽdet
honesti omni ratio ac disciplina.sed non insipide quod ab homero usurpa
tum est poeta dixit:geminorũ mater amorũ:& a ueteribus Cupido cæcus
pingitur:quippe a quibus declaratum sit:sic ad turpia colenda mẽtes oscœ
norum allici:ut ad honesta ueneranda clarorum hominũ inuitatur animi:
sed cũ amantur quæ mala sunt:cæcos amatores fieri: Quo tandẽ hæc om
nis epistola tendit:quo sum deniq; puenturus huc pfecto:ut ĩtelligas:ut pri
mũ de tua doctrina.de tua mor̃ ac uitæ innocẽtia:de tua in omni re gratia
fact⁹ sum cercior:cœpisse me tibi adeo dicari tota mẽte:ut facilius uitæ ces
surus sim:q̃ huic meæ ĩ te obseruantiæ. Cupio aũt nõ fieri uox clamãtis in
deserto:cui nusq̃ respondeatur:ut illud est Liuii. Opto abs te mihi respõde
ri:mutuũq; meum hoc esse amandi genus:sine qua qdem cõditione amici
cia dici nequit:cũ eã diffinierit Plato:quandã uocandi respondendiq; cõuc

nientiam. At Boetius animorum concordantiam: at Xenophon uoluntatis cõformitatem. Itaq; tunc esse ueram nobis comparatam amiciciam duxero: cũ uocanti te mihi respondebis: cũ æque me prosequeris diligentia. Cum me obseruabis: ac te obseruo: cũ nihil uoles quod ego nolim In his ego nusq̃ sum tibi defuturus. Nihil qđ ad tuã amplificãdã attineat dignitatẽ: uel obmittã uel ꝑtermittã deerit mihi prius uita q̃ amãdi tui & uoluntas & industria: ĩ oĩq; re: q̃ meo queã ꝓstare ingenio mea diligentia meis fortunis: tibi obsequẽdi: cui quotiẽs in negotiis qbusq; maximis & difficillimis ab me satis esse cognouero factũ. Mihi totiens gratulandũ esse nõ secus ducã. ac si maximã sim fœlicitatẽ cõsecutus. At fac cõtra: ut & me ames & nõ indignũ me uel amore uel consuetudine tua existimes. Ad hanc te primus amicitiã inuito quam mihi negaturum esse te non arbitror: cum & in tua sit fundata præstantia: & in tuis sit laudibus radices propagatura. Non. n. e mẽte mea te delebit obliuio. Nullus te meæ memoriæ surripiet casus. Nulla temporum intercapedo. nulla locorum interualla. Tuus omnino sum tibiq; deditissimus. Bene uale. Ex Mediolano tertio nonas decembris.

Sinonima inuitatoria ad amiciciam.

Cupio plurimum abs te diligi.
Inuito te: ut me ames.
Facit me tua uirtus amiciciæ tuæ cupiditissimum.
Tanta est tua doctrina ut a te in amicum admitti uæhementius appetam.
Cogit me tua doctrina tui amoris esse studiosissimum.
Tunc ego me fœlicissimum esse ducam cum me amabis.
Quid ẽ quod assidue religiosius deprecer superos: quam ut tibi carus sim.
Tantifacio tuas laudes: ut si me non indignum beniuolentia tua censueris: me sis habiturus perpetuum præconem tui nominis.
Ego tibi afficior plurimum: sed ad te meo responderi studio posco:
Nihil expecto diligentius: q̃ ut tibi me iunctum constantissimo amoris intelligam genere.
Si me amabis: non solum amando non me uinces: sed inuitatus uenies in amiciciam non ultro.
Facio plurimi amiciciam tuam: qua ut me dignum censeas te unice rogo.
Da mihi mutuo: ut te amem.
Fac me cognoscam tibi non iniucundum.
Si uis amari: ama dixit Seneca: quod ut in me serues obsecro maximoperẽ.
Respondebis & tuæ. uirtuti pariter. & amori erga te meo si numero me cõiunges tuorum amicorum.
Facies rem te unice dignam: si me amabis a quo mirum es amatus ĩ modũ.
Ne diffugias inuitatus amiciciam meam.

Supplicatoria familiaris.

Ti.septimus.

a Ffecit me tuus hic seruus nõ cõtumelia solũ:sed iniuria.Nã cũ petere:ne in tui finibus agri excedendus mihi fieret iniurius:ea fuit & pertinũcia & insolentia:ut cũ plurimis in me conuiciis non destiterit ab instituto.nequiui non supra modũ admirari:cũ apud te sit enutritus: qui & humanissimus omniũ esse soleas & æquissimus:At uideo quid inter liberũ ac seruũ intersit:quantũ syta referat a Romano.Itaq; non tã quæro de nequicia uernæ:q̃ potius te supplico nolis hanc illatã esse nobis iniuriã Quod ut te non iusisse fieri censeo:sic de contrario ĩperio continuo reuocaturũ arbitror.Res est certe non magni pretii nec cuius utilitatẽ multifaciam.sed ne uel tu uir optimus uiolare me uelle uidearis:qui soles bonorũ omniũ defensor esse:uel hæc bællua sese in suis difficultatibus abs te adiutũ iri:credat.Ad hæc aũt:hæc si pars agelli meis hisce prædiis diminueretꝰ aditusq; per hanc ad reliquas fieret eius cãpi partes:non posset non eẽ mihi detrimẽto maximo.Quæ libera est possessio:pararet sibi eo pacto seruitutẽ:Id q̃ te deceret:procurasse opera tui seruitute considera.sed quid ea ĩ re sum longior quã solo nutu ĩpetraturũ me sciã.Oro te igitur atq; rogo:ne feras hunc homontionẽ cuiq̃.in primisq; mihi uolentũ esse. Bene uale. Ex Mediolano pridie nonas decembris.

Supplicatoria familiarissima.

a Giẽ ĩ urbe tibi patria mea causa:nec abiecta qdẽ nec precii mediocris.sunt aũt primates illi ciues tui tales:ut ex re sua donẽt nihil:ex aliena plurimũ rapiãt.Ex qbus cũ eo mihi lis ẽ:q solet eẽ oĩum pessimus:litiũq; obseruãtissimus.Ego uero.ut me ꝑpulchre nosti nihil difficilius ago:q̃ lites.Maloq; ĩterdũ de fortũa usuq; meo nõ nihil ceder: ut pace uiuã:q̃ anfractu causæ:dubioq; litis euẽtu rẽ alienã uel usurpare:uel q̃rere. scio q̃graue feras:cuiq̃ iniuriã fieri:quãq; sit mẽs tibi ab oĩ uiolẽtia qdẽ aliena.Te igiẽ unice supplico:des ad eos:cũ qbus mihi agiẽ:lr̃as qbus eos horteris:malit quod æquũ ẽ arbitrio amicorũ assequi:q̃ causidicoꝝ astutia iniquitateq; per uim:quæ ad se non attinent consequi:ad eos autem: qui forti tenent legens ac arbitrium:commendaticias scribas:ut me foueant in iis:q̃ iusta sunt.Bene uale.Ex Mediolano Nonis decembris.

Supplicatoria Grauis.

c Vm dedeceat uirũ bonũ qcq̃ turpe ꝓsequi:tũ ĩ primis illud:qđ ĩ postulãda supplicãdaq; returpi sitũ atq; locatũ ẽ.hoc enĩ pacto se turpissimũ qsq; patefacit:& pestiferꝫ morbũ euitandũ ab oĩbus:cũ nõ solũ est ipse malus ut improbat Plato:sed inuitat ad maliciam alios. Nã ut ait Seneca:Perinde quidem est:allicere quenq̃ ĩ perniciẽ:ac orare:ut iniuria fiat.Quid si plus peccat:qui corrũpit,ad iniquitatem aliquẽ:q̃ qui corruptus est:Is enim allexit hunc ad transigendũ crimẽ ipsum:hunc animi p

turbatio p pecuniã:ut aliud corruptelæ genus coegit ĩmemorẽ ac ĩmproui
dũ esse sui: Quãobrẽ & christiana sapientissima fuere uerba: Maius pecca-
tũ habet: qui me tradidit tibi. Quod si ab amico postulatur aliquid:ea Ci-
ceronis est amiciciæ lex habenda semper ante oculos:ut ab amicis non nisi
iusta petant̃:amicoꝝ causa dũtaxat honesta fiant. Si a principe uero suppli
cat̃ aliqd:debet illud obseruari Agesilai q dicere solebat:eadẽ a diis & prin-
cipibus oranda:si qui constituissent exorare:ut nulla censendũ est nos du-
plicitate nulla fraude posse nos circunuenir̃ deũ:ita nihil debemus a regibꝰ
q̄rere:qđ nõ omni ex parte præclarũ sitatq; iustũ. Sunt ut ĩquit Herodotꝰ.
ipsi principes:naturæ in terris simulacra:tantũq; cæteris existimãdũ ẽ:eos
præstare uirtutis omni genere:sed in primis iusticia:ut nihil durius auditu
sit ipsis:q̄ si qd accipiunt iniusti quenq̄ appeter̃. Vt mulier pudicissima fert
periniqua mẽte quicq̄ audire:ꝙ turpe sit:rubore p pudorẽ cõficit̃. Ita prin
ceps bonus nequit nõ excandescere:si qd iniquũ ab se posci:audit. Vt luxu
rioso inqt Augustinus castitatis uerbũ ẽ offensio:iniquo uiro recta uia: sic
optimus rex turpitudinis mẽtionẽ execratur:& q supplicat iniusti qppiam
summoper̃ hũc exosus est. Poscẽda igitur sunt honestissima:cũ ab omni ho
minũ:genere:tum ab iis ĩ quos tanq̄ ĩ numina sunt oĩum expectationes oĩ
um conuersa lumina. ut ipsi admonẽtur a deo:referẽte psalmista. Diligite
iusticiam qui iudicatis terrã. Ita q ab huiusmodi iudicibus qcq̄ appetit: nõ
nisi:& quæ deceant uirũ bonũ appetat:& quæ ducat a bono principe præ-
stãda sibi:ne sic quid supplicet̃ aliud:una supplicatione labor frustra tẽpus
triuerit. Supplicansq; tũ nihil impetret tum & iratũ sibi principem reddat.
Hæc ego quotiens mecũ animo uolutaui clarissime princeps. totiẽs abs te
quicq̄ poscere:sum deterritus:ne forte mea cã mihi nimis indulgerẽ ne sa-
tis intelligerẽ:essent ne quæ supplicaturus accedebã:ĩpetranda. Nã ut Ari-
stoteles docet. omnis malus ignorans. Apparentis enim opinione boni de
cipiuntur:q̄ plurimi:q cũ uæhementius erant:sibi honestissimam esse cãm
opinant̃. Nunc aũt ubi manifesto cognoui:rẽ meã talẽ esse:ut audẽter sit mi
hi tuũ sperãdũ auxiliũ nec ambigo. te mihi fautuꝝ ĩ re clarissima :nec mihi
subuerẽdũ esse arbitror. Cũ fratri meo:lis esset amplissima Romæ uidere-
turq; sũma quadã a nescio quo sacerdote lacessitus iniuria:decurrit ad põti-
ficẽ maximũ:eiusq; obsecrauit sanctitatẽ:ne qd iniquitatis pateret̃ a suis pa
trari præsidibus. acta trãsactaq; sunt plurima. ĩ idq; tandẽ ẽ deuentũ ut fra-
tris aduersarius ad te cãm eã oẽm deferri tulerit non iniqua mẽte:sed ea:ut
dixit clanculũ cũ amico:sententia:ut existimaret:te facile plurimoꝝ litteris
inductuꝝ se forte:in id iudicandũ:quod cupit: Vide q̄ iniquus sit ut nõ mo
do rẽ malã ab eo speret:qui princeps est & optimus & oĩum innocentissi-
mus. Sed ẽt famã de te iã turpẽ audeat dispergere ac disseminare. At mihi
cui notissimũ atq; apertissimũ est:q̄ uel in ipsis promissis. Agin te illũ præ

stes qui cuidã instantius dicenti:at promisisti:promisi quidẽ ait:si istud iustum est.sin iniustũ:locutus sum:non promisi:nihil uel nunc uel alias uidetur:abs te quærendũ accuratius:quam quod æquum non uideatur solum:sed etiam sit supplico te igitur unice:ne quid ille suæ temeritati confisus iactabundus de me audeat:per iniquitatem superato:se iactare.Non qui petam:in eũ quicq̃ iniuria sperari:sed ut prætori cæterisq; tuis magistratibus iubeas:nihil hac in causa:per cuiusquam preces atq; commendationes fieri:ut sola sit honestate satis:nec tabularum stetur figmentis nec causidicorũ maleficiis nec impiorum uel minis uel pollicitatiõibus.Hoc autem ipsum non orarem:si tu tibi iudicandi locum seruasses.At cum in alterius ex prodominis tuis cãm hãc traduxeris manus:uereor:ne qd:nõ dixerim minus ĩnocẽter minus fiat modeste sed sit aliqs Pericles:qui & manus habuerit & oculos abstinentes.Supplicandum esse duxi:præcipias sic rem meã ꝓuideri:ut quæri nõ possim.Bene uale.Ex Mediolano octauo Idus decembris.

Sinonima supplicatoria.

Supplico sis mihi adiumento.
Expecto auxilium tuum.
Cupio te fauere meæ causæ.
Nihil est quod plus appetam:q̃ auxilium tuum.
Mea causa tuo solo cupit adiuuari consilio.
Cum tuus in me conueniret fauor:nihil est mihi defuturum.
Habeam te modo propicium:postulabo hac in re nihil aliud.
Ex oĩbus:quæ sunt usui futura in hac re mihi te ꝓcipuum aduocatum oro.
Supplicatio mea omnis in te conuersa est.
Mea omnis salus a tua salute pendet:quam assidue in me aduoco.
Pluris te solum facio q̃ cæteros omnes:& in meum fauorem obsecro.
Posco diligentius:ut mihi succurras.
Vnum est quod continue superos precor:ut mihi sis adminiculo.
Nulla est orõ mea uehæmentior:q̃ ut in meam te rem cõferas adiutorem.
Si fuisti cuiq̃ aliquando moriger.ac obsequiosus:esto in mea hanc causam officiosissimus.
Officium ac in causa tuum experiri constitui.
Cum habeas me tibi deditissimum tu quoq; meis ausculta precibus.
Supplicationem hanc omnem in meam admitte controuersiam.

Suasoria familiaris.

Titulus Octauus.

Vpis ab me scire:de tua profectione ad extereas rationes quid censeam:Ego ut sum natim rem amplissimam perstringam:tibi suadeo ne diuertas a proficiscendi tuæ nobilissime instituto mentis:nec ea dubites adire tolerareq; quibus isti liuiduli:quanq̃ ꝓpinqui:

te deterrent. Nã qđ aiunt te molissime domi uiuere garataque istic ad uolu
ptatẽ omnia tibi: foris defutura: istuc ipsum te ad istud iter accingãt ne tor
pescas inter syrenes: neu coruoris illecebris contabescas. Nõ enĩ ad somnũ
gulã uenereq́ nati sumus: sed ad labores atq́ sudores: ut gloriã ĩmortalẽ cõ
sequamur. Delitiæ quas illi dicunt: illorũ sint proprie: qui belluarũ instar:
ut Cicero pulcherrime cõplexus est quantũ adest q̃tũ præsens est: probant:
paululũ admodũ præterita consyderantes aut futura. Verũ qui uidet ante
cessiones tẽporũ rationeq́ metitur omnia. Vlyxẽ: de quo dixit Homerus.
Calentẽ dic musa uirũ qui mœnia Troiæ post euersa suæ Et mores homi
nũ multorũ uidit. & urbes: ut Horatius retulit. Quid animo nobili ac ma
gno dignus est ducendũ: q̃ ut uniuersum mundũ unã esse ciuitatẽ existimet
ut sacrates ait. At in ciuitate quis uiuit: qui nolit singulas eius partes scisci
tari: Facis humanissime si uisurus orbis terras atq́ nationis in diuersas ur
bes terra mariq́ ꝓficiscaris. Nec te deterreat ulla rerũ locorũue difficultas:
cũ multa te magis captura sit rerũ assidue uidendarũ delectatio. Quod læ
tus eris deinceps domũ rediens: cũ ea quæ uideris diuersa parentibus soci
isq́ serie quadã: ut hystoricus enarrabis. Idẽtitẽ Ptolomeꝰ factitauit: qui re
rũ plurimarũ usu didicit atq́ docuit & astrorũ motus: & regionũ diuerticu
la. Bene uale. Ex Mediolano septimo Idus decẽbris.

Suasoria familiarissima.

u T pacẽ cũ fratribus firmes: ais esse qui tibi dissuadeant. nec te quidẽ
amant illi: nec semetipsos. Vt nihil utilius corpori: q̃ si cuncta mẽ
bra singulari pace bona conueniant. Ita concordia: ut Salustius in
quit minimæ res crescunt: discordia maximæ dillabuntur Imitemini o di
scordes animi christũ pacis largitorẽ: inquientẽ pacẽ meã do uobis. pacem
relinquo uobis: Quod si pietas genus ipsum ad beniuolentiã cogit: omnis
est ĩpietas exagitanda: quæ uos uobis rebelles reddit. Nõ possunt igitur eẽ
uiri boni qui te distrahunt a pace tibiq́ dissuadent officiũ pacis. Ego nedũ
suadeo ut pace cũ fratribus uiuas: uerũ etiã oro atq́ obsecro malis cum pace
decẽ: q̃ discordia mille: cũ illa quiete tueri queas. Hæc ne inquietus tibi con
parare: nec cõparata seruare. bene uale. ex Mediolano sexto idus decẽbris.

Suasoria Grauis.

o Mnis suadendi ac dissuadendi ratio & argumentatio inde nascatur
opus est: ut & utile & honestũ quod eligitur cæterisq́ præfertur in
telligendũ sit. Omnẽ enim in cõmoditatẽ atq́ turpitudinẽ euitan
dã quis non esse ducit: nisi mentis egenus ac ab omni humanitate uæhemẽ
ter abhorrens: Quãobrẽ cũ Plato rogaretur: quid nã sibi uideretur idipsũ
turpe cũ utilitate coniunctũ: Potest ne inquit cũ morte uita cõiungi: aut un
da cũ flãmis Cicero uero & si uoluit posse illã utilitatẽ appellari: quæ ab ho
nestate disiuncta foret: cũ Pannetio tamen sentiẽs aliquid dicit utile uocari

quod turpissimũ foret: ut lucri gratia turpẽ aut sordidũ sequi quæstũ: At ut Theofrastus expresse cõplexus ẽ. Honestas oĩs ea est: quã primã sequi debet: q uersat̃ in cõsultando mox eã utilitatẽ q̃ ab honestate nascit̃. Nã aristoteles triplicita inq̃t præmia uirtuti cõparata: diuitias honorẽ & gloriã. Nũc quærimus hæc tibi cõparanda sint: qui religionẽ es ingressus: Dissuadentes isti negant te qcq̃ eẽ lucratum: amisisse uero plurima: qui cũ diues ĩ mũdo fores: diuitiis cesseris cũ honoratus apud principes: quasi nõ notus in religione uerseris: cũ gloriæ ꝑpetuæ diues: nunc eius nõ paup solum sed egenus: sed mendicus. Audi: q̃ ego ab istis dissentiã tibiq; q̃bus rõnibus ut perseueres in delecta tibi sanctissima uia suadeam: Hæc uita ut Augustinus inq̃t uere consyderantibus non est uita: in qua due nos assidue torquent ægritudines Platonis ille timor & dolor: ut quãdo bene sit timeamus: cum male aũt doleamur. Diuitias aũt hasce in argento auro. gẽmisq; cõstitutas: docet Tullius non optandas: neq; bonas existimãdas: quaꝝ augendaꝝ non modo nos cupiditas assidue premit sed ẽt metus amittendarum: Quod si uita non est: cur ĩ mundo uiuendũ: si diuitiæ non sunt cur optandæ. An ut Harpyas quas rapacissimas dicunt obscœnasq; uolucres: ĩduamus. At cum mali sumus: expurgandum nobis uetus fermẽtũ: Apostolus nos admonuit: ut fiat in uobis noua cõspersio: reiiciendã inq̃ ueterẽ illã spumosam mucidãq; uoluptatis libidinẽ: ineũdãq; ueritatis uiã: ꝑ quã nobis bonæ ueræq; diuitiæ cõparantur. Non dixerim: ut cũ Aurelio loquar ĩprobãdũ argentum atq; aurum: quæ creauit deus. nulla est dei creatura damnanda sed inuehendum in hominem qui dimisso creatore conuersus est ad creaturam: ut illud Dauiticum extat. Simulacra gentium argentum & aurum. Nam & diuitiæ & reliqua fortunæ bona perinde sunt. quod Terentius inquit: ac eius animus: qui iis utitur. Iure ab Aristotele instrumenta sunt a exercẽdas uirtutes existimata. Quamobrem & philosophiam difficilem sine rebus ad uiuendum necessariis: Pytagoras & Anaxagoras dixisse perhibentur. & Iuuenalis ait: Haud facile emergũt: quoꝝ uirtutibus obstat rex angusta domi. Sed cũ in mundo non nisi ad perfruendas uoluptates his utantur diuitiis ut Titium illum præse ferant: Aut ad ambitionem ut Isionis Sysiphiq; non sine dissimiles aut ad exaggerandum coaceruandumq; pecuniarum cumulum ut Tantali uideantur & phynei. Certe Diogenis est adhibenda ratio ut pecunias malimus perdere: q̃ ab ipsis perdi. At cum ista religio quam tibi delegisti: ueras inquirat diuitias: a falsis migret: ut Ambrosius monet. Ditior istic eris multo: q̃ unq̃ antea futurus esses. Nunc tanq̃ nihil habẽs: & oĩa possidẽs Christiano documẽto: cũ nihil habeas. nihil tibi deerit: ut ille se iactabat Terentianus. Nihilo egebas. Nihil appetes: & pecuniæ usus cupiditas: & uoluptas instar erit Ciceroniam præcepti: ut nihil tibi sit magnificẽtius: q̃ pecuniam negliger̃: cum non habeas: cũ habeas ad amicicias liberalitatẽ

q̃ conferre. Ditissimus es ergo factus ista tua procellosissimi nauigatiōe pe
lagi: & adeo quidem diues: ut pauper esse nō possis: Possides enim ea: quæ
nequeant naufragio: incendio: rapina: ulloue tibi deficere calamitatis gene
assiduitatem & tuā in me pietatē. Lætatus sum mirifice qui tantū peperim fructum tam suauē: tam nectarē. Quod ad rem attinet quartū calendas sine præpositione nō inuenit latine dictū: ut Cicero ad Tertiū calendas hoc studebā & de eo intelligit: quod futurꝝ & paratū describit tempus. At quarto calendas de præsenti iam tpe scribitur: ut idē Tullius: hæc scripsi Idibus mane. Eiulatus est sic a muliebri uoce tractū: uel a molli uiro cū in funere fit clamosa lamentatio: ut in bestiis plerisq; pariter a uoce originem capit uerbum: ut ululatus in lupis latratus in canibus cuculatus in cuculis. Gemitus est qui uel uiros decet quodā admixtus in funeribus moderamine. singult⁹ mutatione litterarū ab ingultiendo eiulatu dictus est: ubi præ pudore non emittitur clamor. Planctus muliebris ille clamor est cum lachrymis in mœrore. Nam mœror est egritudo flebilis de eius morte: qui nobis carus fuerit: ut Ciceroni placet. Leuare est dolorē suadendo leuiorē efficere. At recreare: ac reficere non solū est facere leuiorem sed persuadendo in primā reducere mentem. Consolari autem est: spe proposita maioris uoluptatis ægritudinem de mente delere: ut apud Virgilium Venus se dicit solari se solitā casus troianos spe promissorum iouis. Epicurus (mea quidem sententia) uir fuit doctissimus: & haud qualem improbant multi cum Cicerone. Posuit summum bonum in uoluptate. Quid aliud est beatitudo: q̄ indelebilis uoluptas. Quid apud nos paradisus: q̄ uoluptatis locus: si Cyrechaici constituerunt summū hoc bonum in indolentia: nōne melius Epicurus in uoluptate: cum uirtus in operatione perfecta (teste Aristotele) sit cum delectatione. Quid uera Christiana fides nobis pollicetur inquiens: Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in celis. Vir qui post obitum nihil censeret permansurum non triuisset in scribendo tempus: ut ille: qui quadrigenta septuagintaquattuor librorum ædidit uolumina futuræ gloriæ īmortalitatisq; studiosissimus. De Aristotele intelligitur & Xenocrate: quorum uterq; suo studio delectatus est. Dido statuit Carthaginem annoss circiter triginta prius q̄ fuerit urbs Romana condita ab æneæ successorib⁹ annos quadringentos aut paulominus: post interitū æneæ. Figmentū illd omne apud Virgiliū ꝑ ænea Romā significat pro Didone Carthaginē q̄ nouitate ac similitudine delectata. qđ profugi Troes cōdiderint urbē ut & Dido profuga: primū & dona misit: & cū Romanis maximā cōtraxit beniuolentiam. Mox q̄a Romani amplificare cupiebāt imperiū: a pœnis recesserūt: quare Carthaginenses sibi mortē asciuerūt: tripliciq; uulnere sunt cōfossi. hoc est triplici bello punico eneruati. Ante Homeꝝ & Hesiodum scripsit Orpheus qui audierat Linum Thebanum: qui quidem Linus Cadmū Agenoris habuerat præceptorem. At multo antea perhibentur scripsisse poetica: & apud Egyptios uulcanus & pleriq; profetæ: & belli Troiani temporibus sibylla. Nunc ad ea respondi singula: quæ petieras. Cæterum est

ut perseueres: nec te unquam querere pudeat: que nescis: cum multo nescire sit turpius. Ex Mediolano. v. Idus Fabruarii.

Sinonima doctrinalia.

Ita fac mi fili semper roga.
Vt multa discas: quærenda sunt plurima.
Nihil est tibi temporis terendum: ut discas assidue.
Si percunctaris præceptorem semper: nunq̃ te pœnitebit.
Fies summopere doctus: si semper quæris.
Efficere peritissimus si studebis: & quæ non intelligis: postulabis.
Si nescis fœdum est: si quæris pulchrum.
Quid magis discipulum decet: q̃ aliquid assidue quærere:
Nihil magis est discipulo proprium: quam ut quærat a doctore aliquid assidue.
Si fabri simus fabricando: multo magis docti rogando ac exercendo.
Magnns eris in litteris si semper aliquid audis.
Non ut te scire putes (fies doctior) sed ut assidue aliquid discas.
Ne te pudeat scire uelle quæ nescis.
Illos non audias quos pudet magistros audire: cum maioris natu sunt.
Ab illis qui uel senes audiebant bonarum artium præceptores: exemplum tibi uendica.
Nihil in homine ignorantia turpius est: sed turpissimum pertinacia.
Debes semper uidere multa: & quæ non tenes sciscitari.
Haud difficilis in quærendo sis: ubi doctorem facilem habes.

Titulus. xxx.

Munificalis Familiaris.

m Vnificentia illam esse uirtutem Aristoteles docet: quæ maiores ac plures sibi uendicat amicicias. Conciliantur enim munificis populorum animi: fiuntq; in eos omnia hominum genera deditissima. Id ego consideras sæpe in eos me præsertim esse debere me munificũm duco qui uiri sunt & docti & boni: qui merentur umnem munifentiam. Ex eorum enim memoria: nuuq̃ excidunt munera: & a nobis factũ est opus quod semper laudaturi sunt: q̃ recti quippiam sentiunt: Scio quantus sis: q̃q; doctus q̃q; multo merearis piura: q̃ tibi dono de. Cuperem posse tanta ministrare tibi: q̃ta me cogeret in credibilis tua uirtus. Sed ubi uoluntati non satis fiet: facultatem admittes & æqua mente feres: paruam hanc esse largitionẽ meam: q̃ fortunæ debilitas tenuiorem fecit. Vale Ex Mediolano. iiii. Idus Februarii.

Munificalis Familiarissima.

c O contentus sic munusculo: quod ad te dedi: nec eius paruitatẽ exiguitati uoluntatis: at facultatis ascribe: Sum enim ea in te heniuo-

lentia:ut nihil ad tē dare tm̄ me posse uideā:cui nō sint assidue defutura q̄ plurima. Mereri autem maxima te quæq; nō nescio. in quo tam diuina potius q̄ humana sit uirtus. Accipe q̄ familiarissime quod in me fuit:& cuius rem minimā animi magnitudo maximā faciat: Nō quæ data sint animaduerte: sed qui dederit. Bene uale. Ex Mediolano. iii. Idus Februarii.

Munificalis Grauis.

t Hophrastus largitionē inquit. fundū nō habere. Qui dat enim (ut Aristoteles docet) si liberalis & haberi uult:& esse: sciat liberalitatē a dando dictā esse. Nā philotimia uocat apud Græcos qppe quæ amicos honoret: uel amet honorare. Quod si Platone teste honoram⁹ aliquē in uirtutis testimoniū manifestoe ōstat huiusmodi honores munerib⁹ ab iis esse implēdos: a qbus in primis solent: ut ab habentibus facultates: expectari. Principes enī: ut ditiores sunt reliqs: sic & fortunas habent: qs donēt ꝓpensiores. Quare ne sua largitio fundū habeat recte admonet Theophrastus ut nihil in principe turpius: q̄ aurū uel cumulare uel cupere: ita ꝓclarissimū in iis est: ut multa donēt. Arati. Sitionii laudatū est illud in suos cines munificentiæ genus & Cæsaris in ærario per populum partiendo: & Ciry: qui liberalissimus fuit in largiendo magnificentia: qd de nobis dicturos eē multos opinemur: si cū admodū pauca paruaq; possim⁹ ut multa donemus & magna. Nolim ab aliis rapere: ut aliis dunem: ut illud improbat Tullius. Sed malim debere semper plurima: ut habeā unde multo elargiar plura Quam me delectat rēspōsum illud Curii. Nolle romanos aurū habentibus imperare uelle. Quā eo fabricii lætor: cū a Samnitib⁹ aurū uoluit dicens indigne sibi uisum fieri: si ab illis ea caperet: quibus eis usus esset cū ipse nesciret uti. Qua sumus uirtute simillimi sup̄is alia magis: q̄ liberalitate: Quid autē in principe fœdius: q̄ si tesaurum augeat instar Crœsi Lydie regis. aut Madæ: aut Phinei: qei thesaurū magnitudo plurimū obfuit: Ego dono & libenter & sæpe & illis iu primis: qui mererentur cum uirtute meq; ad donandū inuitat. Accipe quod minimū ad te dedi nec rei tenuitatē potius: q̄ uoluntatem specta. Si enim ad ea: quæ te decent:& quæ tuæ debentur laudi: hæc conferas: nihil acceperis: munus corruat Si meā metiris facultatē: supplebit uoluntas: quod defuit largitati. Ad hæc autē neqn̄ mea negligas: te hortor aliqn̄ ad me scribas nō nihil: ut intelligas: q̄to ab me plura sis habiturus: q̄ ab illis q me multo sunt ditiores: maioresq; principes. Cognosces Platonicū illud. non in iperio: sed in mēte cōsistere principatū. Audio & tibi filios esse. Filiæ si nubent eis institui dotē. Filios quot ad me dederis curabo apd me q̄ liberalissime: nō æducari solū: sed erudiri ut meā erga te: tuosq; omnis cognoscas beniuolētiā. Si qd est aūt: aut nūc: aut deinceps quod aliud ab me postules. fac ut sciam. Nihil es a me frustra petitur⁹ Vale. Ex Mediolano pridie Idus Februarii.

Sinonima Munificalia.

Accipe munusculum ea mente:qua dedi.
Paruitatem muneris magnitudo nostræ compenset uoluntatis.
Indulge dono:si meam non exprimit mentem.
Pro mea facultate donum capis:non pro animi magnitudine.
Si tanta res esset mea:q̃tus est animus:maiora longe caperes.
Habes a me signum animi non ingrati:
Non quæ te deceant:dedi sed quæ possim.
Scio quæ sis meritus:at tu non nescis q̃ta sit facultas mea.
Si tuam mœtiris uirtutem:fac ut & quid ego possim non prætereas.
Debeo tibi maxima:sed cogit impotens tenuitas reddere parua.
Nihil est:quod plus cupiam:q ut habeas ab me quæ meritus es.
Tanta est tua uirtus:ut uel cum sanguis meus ac spiritus dono tibi datus sit debere ahuc me tibi sciam alia.
Nullum seruarem in largiendo tibi modū:si possem rem aĩo suppeditarẽ:
Fieres a me q̃ ditissim⁹:ubi fortuna uolũtati meæ (qđ uellem) ministraret
Fer æqua mente:si non nisi:quod uellem munus ad te:sed quod potui.

Titulus.xxxi.

Iuridicialis familiaris.

c Vm illud sit iudicis ꝓpriū:quod apud.Demosthenẽ legitur ut nec amore.nec odio.aut alliciatur:aut ꝓuocetur:nõ tam ego hac in causa mutuæ fauebo tuæ in me beniuolentiæ:q̃ meam seruabo fidẽ Hoc enĩ a me poscit iurisdicio mea:ut ñ alios corriga.alios p̃tereã:alios pdã: alios seruẽ.Vocauit ĩ ius te me corã.ad ea q̃ petitur⁹ erat:respõsuꝝ Curi⁹:ad diẽ cõstitutã ñ accessisti:ut tuã dãnem⁹ cõtumatiã ĩstat.Aut negem⁹ ei ius exequi op⁹ ẽ aut te dãnem⁹.Vtrũq; difficile:sed deteri⁹ illud.q̃obrem.aut huc accedas ẽ necesse:restituim⁹ enĩ adhuc tibi uenĩẽdi respõdẽdiq; locum aut post designatã diẽ:ñ eris ĩdãnat⁹.Dies aũt a nobis tibi sit deĩceps ad.xiiii. designata calẽdas decẽbris.Cupio te adiuuare ĩ iis oĩb⁹:q̃ mea sint ære: domo.subsidiis:amicis cliẽtelis:at ĩ iis:q̃ mea nõ sũt:sed legis:haud qcq̃:Alid ẽ enĩ priuatũ amicũ eã alid publicã gerere psonã.Marcellũ sp hẽs p̃torẽ nõ nisi cũ ius decreuit:Ergo fac ut uenias ne legẽ iratã expias Bene uale.ex Mediolano.Idibus Februariis.

Iurisditialis familiarissima.

a Ccedẽtẽ istuc parmenonẽ:q te nr̃o ĩ ius nõie uocat audies & deinceps nr̃is odedies ĩdilate mãdatis.Nã audiuit nos aduersari⁹ tuus: ut nũci⁹ iste tibi significauit.Ad te igit̃ petitionẽ hoĩs dedimus:ut respõsur⁹ accedat.Nõ erit id nobis ĩiucũdũ:ut negligas:q̃ iubem⁹.At si negligas feres cõtẽptiõis pœnã.Multabim⁹.n.te ĩ decimũ argẽti põdo:nec admittem⁹ cãm.cũ ĩ cõtũacẽ oĩa iura clamãt.uale ex mediolão.xvii caln. Martias.

Iuridicialis Grauis.

l Ycurgus lacedomoniis leges tulit: Vt si quis in ius uocatur(in-
stante aduersario (non Venisset: æquæ damnaretur:ac confes-
sus quæ præterentur.quem ipso iure Cecrops dixerat esse damnatum At
solum mitius apud Athenienses agens:atq; iterum inquit uel contumace
ipsum:reuocandum esset:ut si causam more dixisset idoneam: admittere-
tur.Sin id minus & damnaretur aduersario debitor:& multaretur neglien
tia.Labeo uero uir doctissimus hoc addidit ut ut rederetur moræ causa: ne
forse mendaces fieri plures cogerentur ad damnationis seueritatẽ. Sed cũ
tertium in huius uocaretur nõ ueniens decernetur ea confessus quæ inter
minatus arbiter esset. At Scæuola doctissimus ille maluit procliue in absol
uendum agere:q̃ difficulter in damnandum.Itaq; detreuit ius suum urbib⁹
esse:quod singulæ sibi dicerent Quod si iubereret urbs ulla damnandum
esse:qui aut primum aut quartum non uenisset id obseruaretur.Nunc autẽ
in hac urbe scis esse principis edictum:ut qui primum uocatus:ẽ cõtinuo
non accedens damnetur ob id ad quod uocatur.Fabius quid abs te petat:
istis accipies litteris.Est homo permolestius(nec id inficior)sed cui nõ sint
iusticiæ partes denegande:quam nec ipsi malo dæmoni deus denegaret.
Nam & alexander ille:rex tantus:cum quærebatur de alio quisq̃:unam oc
cludebant aurem.quam se dicebat alteri seruare partim.ut utraq; audita re-
ctius iudicaret.Amo te plurimum:sed ita quidem:ut agis ille respondit ad
ea:quæ dixerat pater:qui iudex est personam exhibet in terris dei. Nullũ ĩ
lege amicum hosti præfero:æqua procedo lance.Astræa illa me uirgo ui-
detq;:neq; Tytanas suos seruauit.Huc igitur accede q̃ primum in ius uoca
tus:ad ea responde quæ petantur.honestaq; sit causa tua:uel turpis conside
ra prius q̃ in eius disceptationem descenda.Meli⁹ est enim(pro Ciceronis
sententia)non incipere q̃ ab incœptis turpiter desistere Possunt facillime ĩ
arbitros compromitticausæ:Transigiturq; non difficulter inter omne: cũ
euentus litium.Quintilianus dubios.esse doceat.Ni pactus id fueris: qđ
honesta tibi sit tibi sit causa:nec tamen legum tenes ac ordinem iudiciorũ
causidicum tibi quære non Mathonis similem:qui te inuoluat perplexum
q; in foro discruciet:nec eorum aliquem:de quorum inquit Seneca genera.
Hic clamosi rabiosa fori iurgia uendens improbus iras & uerba locat: lege
tibi uirum bonum:qui possit(ubi opus sit)& arbiter interesse. Ordo autẽ
causarum idem est:qui & rethorum complectitur orationes.Nam ut exor
diuntur hi:sic illi factum proponunt esse dicendum.ut & iudices attentos:
& beniuolos faciant.Vt narrant hi:narrant etiam illi casus proposione ma
teriam litis explicantes.ut hi diuidunt:illi partiuntur quæ sint probanda.
negata positiõibus:uel q̃ affirmata sint ĩ suã cõmoditatẽ traducẽda.ut hi cõ
firmatiõib⁹ totuplicib⁹ utũtur:quotuples sũt ꝑtitiões illi articulos ad ꝓbãda
referũt:argumẽtatiõib⁹ nitũtur ratiõib⁹ legib⁹q; tẽ trãsigũt: Hoc differunt

quod propositione:ratione:rationis confirmatione:exornatiōe:comple-
xioneq; sequutur rhetores probationes inficiationesq; suas:at iurisconsulti
non nisi iuris inductionibus. Illis sunt probabiles:ac ueri simile argumen
tationes:his autem demonstratiuæ ac necessariæ. His tibi & ordinibus &
modis est in foro disceptandum:quos docuerat in republica Plato sed mul
to magis hodierna docuit consuetudo. Ne igitur ab his distrahas nec inuer
surum hunc ordinem pro te iudica:ne aut famam damnem meā:aut mihi
sim criminis conscius:qui alias habeam pro amicis. alias pro reliquis leges
Non habeo personarum exceptioue. Bene uale. ex Mediolano .xvi. calen-
das Martias.

Sinonima iuridicialis.

Ne sit in iudicio contumax.
Haud amori meo in causis confides:quarum sum arbiter.
Nihilo tibi plus deessem q̄ filio:excepio foro.
Fac ut quando publicus iudex sum:de iustitia nihil diminuas.
In iudicando neq; te noscam:nec alium quēq̄.
Non erit fides mea pro te uel alio in foro uiolata:
Omnia mea tibi debeo:præter legum maiestatem.
Commendate mihi sunt iuris partes:quas a me nemo petat:ut restituere
cummendanti possem deo.
Quid ē in amico īsolētius:q̄ de iuris uia ratiōeq; uelle qcq̄ amico detraherē
Que mea sūt ab me posse cōia tibi:iuris leges ītactas depositori suo prin.
Cura ut non sis contumax. ne in te clament leges omnes.
Fac ut obedias præceptis legum ne plectare si te difficile præstitis.
Aut causam in foro non habeas:aut iuisditionis obtēpera institutis.
Amicus sum tuus. sed priuatus.
Iudex ego te non illi propono.
Habeo te fratris loco:modo tu meam in iudicando dignitaten nō lædas.
Ne tibi de me quicq̄ indicante pollicearis:

Titulus. xxxii.

Regratiatoria familiaris.

q Vi referre nequit gratias (inquit Cicero) habere certe potest. Itaq;
cum maximo nos affeceris munere:cumq; referendi:non se nobis
facultas offeras:habendi certe bono sumus animo agendiq; lingua nō pro
plexa. Verū cui deessent hac in causa uerba: Ei certe soli qui mutus sit:aut pe
nitus elinguis:nihil potuimus nos quidem optare quod abs te uel non ora
to:non requisito:non simus assecuti. Tu nos hospitio perhumane tam ex-
cepisti:q̄ uirum aliquis nostrorum ausus esset cupere. nullam omisisti ge-
nus officii:quo nos non insignieueris. At neq; nostra te docuit id efficere fa
miliaritas nec antiqua uirtus:nec ulla profecto causa qua quicq̄ deberes no
bis. Ad ea te coegit sola beneficentiæ tua consuetudo (quæ talis est) ut ne-

nem præterm ittas cui non te prebeas hospitalem. Est igitur nostrorum de inceqs munus ut cum tibi plurima debeamus: multo uelimus debere plura Quo sumus pacto: patrem gratiam relaturi. Vita hæc tua est non fortunā solum. Vtere nobis post hac non secus: ac tui: Bene uale. Ex Mediolano. xy calendas Martias.

Regratiatoria familiarissima.

r Ediit ad me puer meus q̄q; diligens in eius te præstiteris expediendam causam tettulit. Fecisti quod sperabam te facturū esse. Sciebā enim q̄ soleres esse meus. quid meum te dixi. Imo bonorum omnium. Habeo & ago tibi gratias immortales. & si quando fuerit tibi nostra opus opera. non recusabo referre. Quamq̄ scio nihil esse mihi tantum. uel fortunarum uel ingenii. ut par tibi præberi possit gratia. Verum ubi cætera in hac referenda gratia deficient. uoluntas certe nūq̄ deerit. Bene uale. Ex Mediolano. xiiii. calendas Martias:

Regratiatoria Grauis.

q Vi genus inuenerunt officii: quo munifico beneficosq; sese uiri p̄starent in uiros: ut mutua uiueretur beruuolentia: iidem edixere leges: quibus & haberi gratiæ: & agi & referri pariter possent Ex quibus Eschinem: apud Athenienses imitandum esse duco: qui dixit nullum esse tā abiecta conditione. qui ulla uitæ parte non posset exibere se non in gratū: benedicendo saltem referret offium non parum est enim a plerisq; muneris: ut laude reponatur officio. Nam (ut Pliniusdocet) qui poete uel urbiū ac principum: uel priuatorum laudant uitas: maximis eos muneribus donant quos extollant: merenturq; ab illis maxima. Quid si acceptis muneribus: abs te lauces pro gratia referuntur. Ego perpetuum existimo bonū illis præferendum: quæ epauca sunt: ac interdum uix diurna. Quod si de dignitate contendi muneris: quod donum cum laudis immortalitate contendere audet: si quidem hac largitione dii: friuolis autem reliquis delectari solent homines. Fuisti tu quidem in me meosq; omnis o clementissime princeps liberalissimus: primum omni hospitalitatis officio: ut Iouem te possimus hospitalem illum existimare: de quo extat poeticus uersus. Iupiter hospitibus nam te dare iura fatentur: Ad hæc largiēndo nobis assidue multa: nemini christianorum cesisti. nullum præteriisti genus officii: quo non fueris erga nos beneficentissimus. Audiuisti nostros omnes facilime. Amisisti humanissime. Vidisti iucundissime. Dimisisti omnibus in rebus liberalissime Valuimus apud te tuosq; singulos tanta & auctoritate & gratia ut nihil addi ad officiorum cumulū possit. Quo pacto respōdebo huic benignitati mansuetudini. caritati: Res mihi est minima: nec qua tu egeas Quid referam: ut tibi sim ulla in re adminiculo: At meo fauore cōsilio auxilioq; tibi non est opus. Carminibus cæterisq; latine græceq; respondeo generibus: quibus te faciam non moriturum. At & alios scriptores tuarum

habes laudum:uirtutumq; precones. Habes:non diffiteor: At & urbes habes:& diuitias. Reiicerésne quamquam:a quo posses & alias cum honestate consequi: Scribunt de te multi. Quid si & me non aspernabitur posteritas: Potest igitur hæc gratiæ relatio non esse inferior cæteris. Habeo tibi pro tuis tot in me officiis gratias.& ea quidem perpetuas & ago non inferiores.ea tamen mēte:ut nulla temporum diuturnitas:nulli casus:nulla diuersitas locorum:aut gentium horum de me meritorum officia:de mea deleant mente.sed in referenda tamen non sum ignaus:non infecundus non tardus. Habebis enim me q̄diu uiuam:tui nominis obseruatorem.tuæ famæ ducem:tuæ gloriæ.auctorem:& tunc me silere de te posse censebis: cū luce functus nusq̄ amplius respirabo. Cæterum est:ut si quid aliquādo euenerit:ubi tibi amicisuæ:aut seruis tuis me cognoscas opera. īgenio ulla ue diligentia posse quicq̄ opitulari:suppeditareq; tuæ uoluntati officii: iube. impera manda:præcipe:nihilq; te remoueretur causæ:quæ te cogat credere:alium esse me q̄ sim. Debeo te sequi omni non amore solum:ac obseruā sed cultu:atque ueneratione haud secus ac numē aliqđ. Nō solus ego tuus sū: sed tota hæc nostra dom⁹:uniuersaq; familia. Nā q mihi uel amiciciæ debēt officiū:uel clientelæ:sese omnes tibi dedicarūt: cūq; intelligāt q̄ tu⁹ sim: assidue de te nobis fit sermo nihil ē qđ uæhemēti⁹ appetant:q̄ esse tui. Vtere mi princeps & me & meis oībus:& quāuis nō sit necesse: scio tibi & maiores uiros & ditiores amicos.clientes ac seruos esse:ne tñ īdigne factū existimes:si nos multo illis inferiores nō eiicis:nō aspernaris:nō cōtēnis Vt ait Homerus parui cum magnis amici sæpe coeunt. Non ero in dicendo prolixior ne hac epistola censeas uoluisse me tuæ in me magnitudini meritorum gratiam referre. Nulla enim uel amplissima carmina.uel ꝓfusissima ꝓsarum genera satis factura sunt huic debitioni meæ:quæ quidē est sempiterna.sed tu prudentissimus a nobis accipe (quod dari ualet) mentē tibi deditissimā. Animū tuis institutis dicatissimū ingeniū tuæ laudis testimoniū dispositionem in te conuersam:cōmentationem cum daris de te assiduam Vale ex Mediolano.xiii calendas Martias.

Sinonima regratiatoria.

Ego tuis de me meritis gratias habeo maximas.
Affecisti me maximis officiis: ꝑ quibus habeo incredibiles tibi gratias.
Regratior summopere tuæ in me liberalitati.
Referre nequeo tibi gratias.at habeo & ago.
Dicere nescirem paucis: q̄tas debeam tibi gratias.
Fuisti tā ī nos offōsus:ut qñ pares referr grās ualeam⁹ haud satis ītelligāus
Quis tibi nostrū æque (ac tu fuisti beneficus erga nos) regratietur.
Nulla æloquii præstantia gratias agat tibi debitas:
Gratiarum agendarum loco nos tibi dedicamus.

Sanguinem etiam ac spiritum pro te statuentes:non erimus in refēda gratia tuis beneficiis similis.
Laborantes die noctuq; non satis faciemus acceptis officiis.
Iube si qd ī nos uides ad mortē usq;:ꝑ habēda nō referēda tñ tibi gratia.
Vellē tam esse disertus ut agerē:tam diues ut referre quirē tibi gratias
Nulla est res tanta:quam in referendis tibi gratiis non debeam.
Fac de nobis qua malis ī re periculum:si uis certo cognoscere:quas tibi habeamus gratias:etiam si referre nesciamus.

Titulus.xxxiii.

Commissionalis familiaris.

Onstituerā istuc irene qd in re mea: me absente: f eret Nā uetere ꝓuerbio dici solitum docet Plato uirū coram suam meliorem. Sed ubi mecū animo uolutaui.q̄ sis prudens:& q̄ me ames:decreui:meā tuæ fidei cōmittere causam:Scio q̄ sis futurus & diligens & curiosus:q̄q; multo meli⁹ cohitabis ꝙ sit op⁹ facto:q̄ sim ipse cogitaturus.Solent enī qui suas res agitant:esse maioribus interdum occupationibus circūsepti:neq; uidere possunt omnia:nec ꝓsequi quæ ad rem attinent.Fallūtur aliqñ apparētis specie boni:aliqñ cupiditatis ui nunq̄ ira:odio amore: ceterisq; mentis passionibus.Tu nō liberiore multo consilio:firmioreq; iudicio pedetentī insinuabis in causas(si opus fuerit)omniaq; consulto:nihil temere prosequeris nec celeritate frangeris:nec tarditate cōculcaberis. Tolerantior eris q̄ ego esse queam.Itaq; huius epistolæ ui ac officio tibi cōmitto:quam ago cum æmylio causam.Quicquid in ea uel egeris.uel transegeris:æque firmū immobileq; esse ducam.nec reuocaturus sum:ac si presens omnibus ad fuissem.Iudices autem omnes eam adhibeant tibi eam:fidemquā oremeo ꝓlatis uerbis:& mea mente uoluntati expresse adhiberēt Cura tu post hac igitur rem mei perq̄ diligentissime.Bene uale ex Mediolano.xii. calendas Martias.

Commissionalis familiarissima.

St mihi aduersus Golumellam isticapud pro dominum ingens cā
c Sunt aliquot adhuc menses ī iis impeditissimus: quæ ad principē attinent.nequeoq; hinc sine maximo incommodo digredi.At neq; causæ isti consulere non debeo:quandoquidem est non mediocris: Memini te non causidicum esse solum peregregium:sed mihi summa beniuolentia coniunctissimum.Te unice rogo:non dedignere: hanc tibi prouinciam corrigendam assumere.Ego enim hisce litteris fidem huius meæ uolunctatis efficio:teq; meorum hac in causa negotiꝝ curatorem & ꝓcuratorē deligo atq; cōstituo cui cōmissam esse uolui. meam omnem facultatem Bene uale ex Mediolano.xi.calendas Martias.

Commissionalis Grauis.

c Vm uiderit Solon interesse suis ĩ foro causis plerosq̃ ñ posse: quos maxĩe necessariæ detineret̃ causæ. At cõtra: q agerẽt nollẽt frustra ĩ iudicio agere: ñ ueniẽte aduersario: ꝓuidit ñ incõmode: ꝙ a Carbone primũ: mox aliis iuriscõsultis ñ ĩportune usurpatũ ẽ. Nã aut prece: aut ꝑcio: aut bñiuolẽtia delegi posse uiros ĩstituit: q alienis ĩtercederẽt noĩbus: qbus ꝓcuratoꝝ apud nos noĩa uidẽus adhuc eẽ: apud Græcos reꝝ actores: uocabula dari. Quãobrẽ & demosthenes ac Eschines ĩ Thesiphõtis egere cã: & Cicero ac Hortẽsius ĩ plerisq̃ aliis. Nã ꝙ ab oratoribꝰ aliqd dicãt differre solitos ꝓcuratores: ut ab aduocatis hodie differũt causidici: nec id qdẽ negẽ oĩno nec penitus affirmẽ. Vt. n. uel hodie ĩteruenire nõnũq̃ ꝑ iurisperitis hisce tabulis clamosissimis iuriscõtissimi uident̃: cõ est: cã magni ꝑcii: sic & oratores ĩ illis copiosissime dicebãt causis: ĩ qbus paꝝ ꝑfuissent causidici. Cũ ergo & ipse interesse meis nõ ualeã: q̃ istic gerunt̃: & res iste magne atq̃ amplæ mihi negligẽdæ nõ sint: delegi te uiꝝ & legũ iurisq̃ clarissimũ interpræteẽ: & mei mearũq̃ reꝝ oĩum amantissimũ. Te. n. præter cæteros delegi: quẽ arbitror fore mei studiosissimũ. Vt. n. es & in amicos officiosissimus: & gloriæ cupidissimus: sic & rei meæ consultuꝝ certo scio: & tuæ laudi. Quas es unq̃ amplexus causas: quaꝝ uictoriam nõ reportaris. Quod iccirco fieri: nõ ambigo: qa nihil aggrederis: qđ nõ æqssimũ & honestissimũ esse uideas. Nec aliud abs te nũc etiã postulo: q̃ quod si qd iniquitatis in mea esse cã uideris id oĩno reiicias. ne ut Plutarchus dicit. quicq̃ contendas uel a iudicibus ĩpetrare. uel in aduersariũ optinere quod turpe sit. Quis. n. uel fœnore ditari uelit uir bonus quod Cato definiuit hoĩem occidere: uel cum aliena iniuria: quod Sulpicius mõstrũ in hoĩum appellauit natura: Verum quæ iuste nostra eẽ posse cognoris: nec sine legis ui ac maiestate peti: posce iusta: increpa obsecra. ut Apostolus ait: curaq̃ demũ: ut res tuas. Tua enĩ potes existimare mea oĩa: cũ ob uirtutem in te sũmam. tum ob ueterem tuã mutuãq̃ mecum beniuolentiã. Hanc igit̃ oẽm causam tibi cõmisi: commissãq̃ hac epistola uolo: iubeoq̃ te meo noĩe rem agere: ab oĩbusq̃ admitti: ratũq̃ promitto gratũq̃ habiturũ q̃tum egeris composueris: trãsegeris ac pactus fueris. Habe posthac ergo ab me ipso facultatẽ nedum petendi: sed accusandi siqd interciderit: uerum etiã opponendi. obiiciendi. articulandi. testes producẽdi. cõcludendi in re ipsa: iudicisq̃ sententiã audiendi ac si qd inique pronunciatũ censueris: appellandi ac rursus: & iteꝝ si duxeris opus esse prouocandi: supplicandi: a Cæsarisq̃ irato ad Cæsarem nõ iratũ accedendi: intercedendi contendẽdi. Quicqd. n. affirmaris: ut negaris: uel cum iureiurando in meã & famam & animã stabilitum imbrobatũue fuisse uelim. Scio. n. q̃ & nihil te lateat (quod meũ hac in re sit) & si latuerit quippiã esse te oĩ curaturũ indastria prius: q̃ affirmes aliquid: de re ut habeat: sias ab me certior. Nihil ergo te impediant: aut remorent̃ iudices: nec ante causæ

cõstitutitioné:litéq cõtestatã:qsq̃ obiiciat te talé eé:cũ ego ad qué hæc perti
net oĩs:cã p te fidé hic faciã pmittãq ab oĩbus eximere te difficultatib⁹:q̃s
ob hoc ferre posses. Bene uale. Ex Mediolano.x.calendas Martias.

Sinonima cõmissionalia.

Cura diligenter rem meam tuis humeris demandatam.
Hanc causam omnem tuæ cõmitto fidei.
Constituo te in meo negocio procuratorem.
Rei meæ te patronum nolo destinatum esse.
Fac si me amas ut non neges curare meam istic causam.
Ego te meorum decerno gestorem negociorum.
Præter te unum meas res agere uolo neminem.
Ad te solum deferri iubeo:quicquid istic pro me agitur.
Cum tibi soli mearꝫ reꝫ oĩum diligentiã isto in foro cõmiserim:fac ut acu-
men ingenii:uimq tuæ declares sapientiæ.
Tu mihi delectus es mearum rerum tuor atq defeusor.
Te solum præesse meis præcipio causis.
Quicquid in omni re mea perfeceris:ego quoq factum reor.
Confirmaturus sum semper quæ gesseris meo nomine.
Iube in rebus meis:quæ apud uos aguntur.ut uelis:idem affirmo.
Nulla in re tuæ refragabor uoluntati:si res meas interceperis.
Cõmisi tibi meas causas.quæ istic tractantur:nec sñiam muto.
Scire quélibet cupio delere me quæcũq mãdata(q̃q̃ aliũ procuratoré meũ
appellant)te solum deinceps illum decreuisse.

Titulus.xxxiiii.

Testimonialis familiaris.

m Agna fides adhibẽda testi(ut Scæuola iussit) cum exposcit oĩ exce-
ptione maioré. Itaq cui testimoniũ dicẽdũ é:ei aĩaduertendũ arbi-
tror ne qd dicaẽ temere:siue p obliuioné:siue p erroré. Nã q p ami
ciciã aut præciũ:aut odiũ:aut metũ a fide deficiũt:ii mea qdé sñia:uel stulti:
sunt uel scelerati:uel ĩmanes uel abiecta méte nulli⁹ faciédi. Nã testimonio
præest deus:& peierario superos semp habet ultores. Cũ ad me igiẽ sit testi
ficãdi gratia deuentũ:ne me roget quisq̃:nec arbitreẽ:me dictuꝝ:quod non
memini: Videor.n.q̃si somnia meminisse quédã istinc me præsente:nescio
qua pecuniã cuidã numerasse. At neq tp̃s memoria teneo.nec locũ:nec qui
tũc inter essent:nec nũmoꝝ:nec ipsos hoĩes inter se cõtrahentes:nec causas
aut pactiões. Ne me igiẽ cogatis:pterea quicq̃ dicere:quod nesciã. Nec rur-
sus hæc testimonia sint suspecta cuiq̃.qm̃ bona solã:esse reminiscentia. Cũ
n.tũc me non designauerint testé:nihil ex iis rebus memoriæ demãdaui:
qppe qui nõ credidi:ne unq̃ esse pterea relatuꝝ aliqd. Si scirẽ: psequeret
plura. Valete Ex Mediolano.ix.calendas Martias.

Testimonialis familiarissima.

C Ausa sic habet. Curius fabricio mutuos dedit nũmos aureos octo: me corã: rogauitq; ut interesse testis: si qñ qcq̃ ab me q̃reret ueritatẽ expssurus. Intererat nũc mecũ & Lucius: & Flauius: q sũt pari mõ testes aduocati. Post ea tpa: nihil audiuim⁹. Fuerũt hæc aũt Parthenope q̃rto calẽdas Ianuarias hui⁹ ãni. Ex Mediolano. viii. calendas Martias.

Testimonialis Grauis.

C Ato uir tãtus: quẽ uel Solon Hieronymus ĩqt credẽdũ eẽ cũ dicturue testimoniũ q̃reret̃ iniurat⁹ dicere uoluit. Tabellõe ptoreq; ĩstãte: qd̃ ei fides haberet̃ uel ñ iurato: at aliis ĩqt id ñ tradit̃: ius aũt oĩs eosdẽ existimare debet. Quod si nulla ẽ psonaꝝ ĩ iudiciis exceptio qd ego de me cẽseã: cui(testimoniũ expectatis. Tã. n. mihi desũt eæ: q̃s uulgus ad miraẗ diuitiæ: ut nullã uideãt̃ adhibree mihi uerbisq; meis fide posse qui testimoniũ legẽt. Nõ. n. ea sũt tpa: qbus iniurato. Catõi credebat̃ qb⁹ Solon ĩ tẽplo testimoniũ a quocũq; dictũ uoluit: nefas eẽ: reprobare qb⁹ Mercuri⁹ Trismegestus apud Asyrios: aut sic aut nõ iubebat a teste pferre: nec de illo qcq̃ dubitari: cũ uel maxĩos peierare posse cẽseret: uel iusiurãdũ nihil ĩ malos cõponere metus. Nũc ãt illud Iuuẽalis ẽ ĩ in prõptu: q̃tũ q̃sq; sua nũmorũ fuat ĩ arca: tm̃ habet & fidei. Iuret licet & nr̃oꝝ aras: & Samothracũ: contẽnere paup habet̃ numina. Deberẽ igit̃ a dicẽdo desistere: cũ sitis deĩde petituri: qd̃ possideã: & cũ nequeã illud rñdere libertini. Ego possideo pl⁹ Pallãte & liciniis: reiiciar: & aut pcio: aut pce ducar hoc dixisse: aut illud. Nã p tinus ad censũ: ut idẽ Satyrus pulcherrime cõplexus ẽ: de morib⁹ ultĩa fiet q̃stio. Quot pascit fuos. Quod possidet agri iugera: q̃ multa magnaq; parasidẽ cænat. Ego ñ qd rñdeã: q Codro sũ illo pauperior: cui nihil pter abacũ erat: & eã q̃ uetus Græcos fuabat cista libellos. At paupertatẽ noui me ppetuo seruaturꝝ: qd ẽ diuitiis opus. Certe nõ ẽ necesse. At iudice & causidici hæc obiicient testimonio: q̃q̃ beati appellant̃ a christo pauperes: ut Augustinus declarauit paupes inq̃ suo: sed diuino diuites spiritu. Dicã tñ(qd̃ me rogatis)& deos primũ aduoco mihi testes: sic rẽ habere(ut dicã)Tum eos hoĩes: q præfuerũt: ñ solũ interfuerũt hisce causis. Põponius Titũ adiuit: & est unice nobis intercessoribus deprecatus: sibi mutuos daret centũ aureos: cõmodatos aũt libros tris: liuiũ Iustinũ & Tranquillũ. Dicta sunt multa: ĩuentæq; plures ad negãdũ causæ. Demũ orauimus ego Camillus Brut⁹ & Sẽproni⁹ adeo titũ: ut & mutuos dederit: quot petebat: neq; pmiserit mõ: sed nobis tradiderit coram: & cõmodatos illuc allatos: & illinc Pomponii traductos domum libros pariter. Nõ multo post petiit Titus: cum alio pfecturus Põponius esset: ut publico sibi de hisce rebus fides fieret documẽto nosq; quoꝝ fuerãt hæc intercessiõibus facta cogeremur renitentẽ ẽt. Põponiũ hoc facere. Nequiuimus hæc suadere Põponio: quippe cui uideretur:

ante diē ad restituendā pecuniā reddēdosq; libros designatā:se nihil debere Tito:quo posset iure cogi:cū ei semel crediderit:nec deterior fact⁹ sit. Hæc certa sūt. Aduocate etiā testes illos. Ex Mediolano.vii.calēdas Martias.

Sinonima testimonialia.

Res hæc sic habet:ut tabulæ docent publicæ.
Nihil hac in causa dici potest aliud:q̄ quod mea legi pōt epistola.
Vera sunt omnia:quæ testimonio firmaui meo.
Neq; prece:nec precio dixi:nec odio:nec amore.
Censui deum interfuisse testimonio.
Sumam arbitror testificandi religionem.
Qui fidem testimoniis frangit:nequit non esse uir nequissimus.
Quid magis impium existimari debet:q̄ irriligiose testimonium dicere: cui præsunt numina.
Qui peierat testis:deos omnes habet ultores.
Quæ sunt a me testimonio tibi dicta:in tamq; conueniunt causam dicta ñ fuissent:si aliter habuissent.
Non sunt abs te mihi habendæ gratiæ:sed ueritati:quæ sic habuit.
Vbi ueritas est:ibi Deus.
Totum me mundi aurum testimonio mentiri non cogeret.
Nulla in re delectant me mendacia. Sed multo in testificando minus.
Expectanda est a me semper in testimoniis ueritas.
Nihil arbitror esse in uita religiosius & fide obseruantius:q̄ testimoniis immutata dicitur ueritas.

Titulus.xxxv.

Lamentatoria familiaris.

p Ossum hoc existimare:supos fere:ut neq; pietati apud te locus sit: nec religiōi. Me fratrē fefellisti ac iuratus ꝓmittēs asseuerās. Scio illud Ouidii ī usu. Fratrū quo gr̄a rara est:nec excidit e memoria fraterno primi maduerūt sanguine muri. Sed ego me q̄si pegrinū ad te cōtulera ꝓmisisti:te nihilo me deceptuꝝ oī fraude ac dolo nixus es. Quid ē reliquū:ut cuiq̄ āplius fidā. Cōfissus tuæ fidei fraudatus sū. Quo cōfugiā. quē aduocē arbitrū:frater es. In me dico si qd in te q̄ror. At Bellus Gainusq; iisdem parētib⁹ nati sūt:nec tñ aliū pietas coercuit:ne cæderet aliū. Proh deū atq; hoīum fidē tm̄ facinus fratrē niti. Nūc ego mihi uiuēdū nō esse āplius reor:cū nō amplius inter hoīes uiuaꝫ at inter īmanissimas qdē & īplacabiles feras. Cura igitur si quid tibi superest humanitatis:ut serues quod hactenus nō seruasti:ni malis apud omnis semper me lamentari. Ex Mediolano vi.calendas Martias.

Lamentatoria familiarissima.

q Verar ne primū tuā fraudē:q decoquisti:an rē mihi dolo sublatam

quã tam tibi liberaliter cõmodaui. Vtrũq; certe me cogit acriter lamentari: ni tu prouides: ne taciturnus & famæ tuæ cõsulam: & indẽnitati. Nã si sum in quærendo asperior. habebis homines hostes atq; deos. Sanus sis. Ex Mediolano. v. calendas Martias.

Lamentatoria Grauis.

u E inquit hoĩ Saluator: per quẽ eueniũt scãdala. Quare Plutarchus: cõsiderãdos hoĩum agit gradus: & qd a maxĩo fiebat pessime: min9 tollerãdũ uideret: q̃ si quid peccasset uæhemẽtius minor. A magnis enim (ut Plato uoluit) exẽpla peccãdi sumũtur: cũ q errare cupiũt: exemplo maiorũ gaudeãt. Quãobrẽ Lycurgus iussit. quod reges alios seruare uellent seruarẽt ipsi primi. Quis. n. (ut simonides recte dicit) agnos edente pastore: lupus abstinebit. At ille princeps Siculorũ: q Tiranus ẽ deinceps Siracusanus appellatus. nõ abstinebat furtis. nõ rapinis. nõ sacrilegiis. quin ĩ æsculapiũ & eius aureã barbã in Iouẽ: & ei9 aureũ amictũ. In aras. & earũ aurea uasa cauillatus tandẽ a superis in successiõe multatus est. Interim huius exẽplo quot didicere uacare latrociniis. Nũc rursus in rẽ meã tã sceleratus extitit ille Turcorũ rex quẽ: oẽs admirant̃: q̃si regũ inopia sũmaq; mendicitate coactus sit mihi sibi deditissimo suas urbes incolẽti. suis degenti ĩ monasteriis æs meũ. sarcinulasq; surripere. possum nõ lamẽtari: nõ angi. nõ macerari. At cõfidebã eius ꝑfecto quæsturæ: fidereq; me cẽsebã. Nihil arbitrabar mihi uerendũ apud eũ principẽ. qui tã sit opulentus tam nũmosus. tanti custos. possessorq; thesauri. Fidifragus is: mihi cõptus est. cui plus credebã: q̃ mihi. Queri nũc ausim. Apud Barbaros agẽdæ fuerũt mihi gratiæ: qd ab stulissent ab me oẽ meũ æs: q̃si difficile quoddã ad uehendũ & peregrinãdũ honus. Hæc sunt igit̃ nostra tpa. hæ calamitates: hæ nos angustiæ subeunt Quo me nũc uoluã. Ad quos potissimũ quærimonias deferã. Quorũ implorẽ auxilia. Solebat Alexãder uel in alios ulcisci collatas iniurias. At Romani quotiens (uel maxima cũ impensa) reges suis restituere sceptris qui ꝑ populorũ iniquitatẽ: essent pulsi. Querite ab ægiptiis a Latinis. a Græcis. At christiani uiolentias: ꝑdasq; quottidianas audiunt atq; uident de suis fieri: nec prouident nec audiant. nec curant. Hei miseris hisce fatis: quæ patimur: quæ toleramus. quæ nõ reiicimus. Quid est reliquũ: nisi ut cũ uitam mihi ducã acerbissimã: hac dissolui cupiam: & (ut Apostolus inqt) esse cum Christo. Quod eiusmodi quottidie in alios fiunt & assidue: ut Iuuẽalis ait: fient: fient ista palã: cupiẽt & in acta referri: Lamẽtandi superest facultas hic saltẽ: quæ fuit apud illud monstrorũ genus prorsus ablatum in mediis doloribus. Ex Mediolano. iiii. calendas Martias.

Sinonima lamentatoria.

Mequeo hoc casu: nõ uæhementius angi.
Hæc res me plurimum macerat.

Nihil hoc tempore potuit hac una re mihi molestius esse.

Quid potuisset accidere morte patris mihi lamentabilius.

Tantus est in hoc funere dolor meus: ut accessionē nequeat ullã admittere.

Quã doleã lamenterq; fatis mihi surreptum esse fratem: tunc intelliges: cũ recte percunctabis: q̃tam ex eo caperem uoluptatem.

Huius rei (qua nuper amisi cõmoditate nulla fuit in uita mihi. iucundior.

Coaceruatus sum hac calamitate tot lamentandi casus: ut difficillimum dictu sit.

Fuere in me facta non aspera solũ: sed oĩno ĩmanissima:

Tam aduersa fuit hoc tempore mihi fortuna: ut in omnem conciderem lamentationem.

Si quis daretur quærimoniæ Iudex: meis questibus obtũderetur.

Dies noctesq̃ gemo ac crucior: quãdo tã affectus a fratre sum turpiter.

Lamentatio mea neq; ficta est: nec nõ ex corde prouenit.

Non minus langueo: q̃ lamentor: cum tam oppottuna mihi substulerit casus: ærumnaq; successerit.

Titulus. xxxvi.

Hortatoria familiaris.

h Ortor ego te quidem: pro mutua inter nos caritate: ne quid ea ĩ re lamenteris: quæ tibi cõis est cum multis. Quis. n. in erbe uiuit nec eiusmodi casibus est subiectus. At constantiã indue Marii: quē nũq̃ aiunt uel in aduersis flere uisum: uel ĩ prosperis ridere. Admonuit nos quoq; Tragicus ille Seneca. Rotat oē fatum: & rursus extat illud: res deus nr̃as celeri citatas turbine uersat. Num irasceris aut quereris in superos. At eorũ aut iussu aut permissione fiunt hæc omnia. Quid si tuum aliquod est pro meritũ in Iouem crimen multo maiorem acerbiorēq; pœnam. ego te hortor ad ea uirtutum munera quæ sanitatem efficere dicebat Stratonicus. Nã cum & perturbata mens nostra uel cupiditate: uel dolore: succurrit philosophia: facitq; ualitudinem bonam. Ad hanc te hortor. quæ uirtutum est plenissima: quibus qui se dedit: nequit dolere: nequit nõ lætus ac iucundus eē Vale Ex Mediolano. iii. calendas Martias.

Hortatoria familiarissima.

a Duirtutē ego te hortor: ut eum te præstes quē te parentibus debes ac patriæ. Nam a cunctis expectaris uir clarissimus si tuis a maioribus non es futurus degener. Virtus te nepum beatiorē deniq; reddet: sed uel interea lætiorē. Quid est enim iucundius cuiq̃ uiro bono: q̃ secuudum uirtutem uiuere. Adimit ægritudines uirtus. Rationem pro sanitate bonaq; mentis ualitudine subministrat. Quare nõ iniuria. Stoici dicebant cui uirtus sit: ei nihil deesse ad bene beateq; uiuendũ. Virtus sit tibi semper comes. Vale Ex Medioiano pridie caleudas Martias.

Hortatoria Grauis.

Voluit Hieronymus adhortari uos alterũ ad caritatis opa ut illud se queremur. Apostoli pauli: alter alterius honera portare. At Epimenides poeta dixit. Hortatur qcũqꝫ aĩos ad honesta pudicos chalcar equo stimulũqꝫ bono cõmisit: at illis: quos fouet ingeniũ puersa mente malignũ: ꝑceptoris opem: uimqꝫ impertit amici. Quod & si scio: ꝙ sit tua spõte uel sine hortatione ulla deditus pietati: nõ est tñ absurdũ: ut te horter: ne desetas patrẽ seniorẽ: matrẽ anum sorores innuptas. Fauendũ est semp genero. Quod si ut uult Chrysostomus: nudo uestimentũ debes iussu dei: ac egenis reliqs ea quæ cogunt mẽdicare: qto plus ea debes parentibus ac tuis in quos primũ: ut propinquitatis: ita caritatis est genus. At lex naturæ (quã & diuino uerbo nõ nescis fuisse Moysi traditã ut referret populo & Thobiæ præceptis Thobiolo filio datam) te hortatur: quæ fieri tibi uis: aliis facias & proximũ tuum: sicut te diligas: ne quidqꝫ in alium cõferas quod in te nolis cõferri. Qua cupis igit̃ in te filios aliquãdo pietate fore: hac tu primus ĩ parentes utere. quodqꝫ impietatis hos effugere uis genus: idẽ effuge. Nã ut illud docet Iuuenalis inquiens: Condere ficedulas didicit nebulone parẽte a patribus pueri discunt: a matre puellæ. Te igit̃ hortor: sis in uirtutis disciplina tam solicitus: ꝙ decet: eum esse qui gloriæ sit cupidissimus. Quid potes in hoc orbe consequi sine uirtute: quod nõ continuo delabatur: cõcidat: atqꝫ corruat. At disciplina te docebit mores. uiuendi rationẽ quæstus ac laudis uiam. Hortor autem super omnia te ad nominis tutãdam amplitudinem. Nam qui secũdum Græcorum prouerbium. An homines sunt: obiere iamdudum: & ut Græcorius ait: uersantur in tenebris. Ad eam te hortor quærendam suppellectilem. quæ ditissimos exprimit: & nũꝙ deficit. Hæc si sequeris: & me hortantẽ audies: nõ pœnitebit te unꝙ. Bene uale. Ex Mediolano calendis Martiis.

Sinonima Hortatoria:

Nihil est quod te magis: ꝙ hoc deceat. ad quod te sum hortatus:
Ad ea te hortor quæ tuæ consulant dignitati.
Adhibe tuis (me hortante) parentibus omnem diligentiam.
Omnis erga te adhortatio mea in uirtute sita est.
Si me audis: esto in patrem pientissimus.
Si uis ꝙ diuitissime ac fœlicissime uiuere: fac ut matri apud te nihil deficiat.
Ego te ad doctrinam consequendam hortor.
Cura si me amas ut mea hec omnis ad disciplinam adhortatio tibi sit non iniucunda:
Nulla re plus debes (me hortãte) delectari: ꝙ iis studiis: ad ꝙ te sum hortatꝰ.
Vbi nullum frustra triueris tempus quod te hortor) assidue maiorem cõcipis uoluptatem.

Tanto eris assidue letior q̄to meis diligentius pebis hortatibus.
Quo te uæhemētius amas:te magis ad uirtutē hortor & gloriā īmortalē:
Nihil est unq̄ tibi defuturum:si meam nō negligis adhortationem.
Cū solertius īcubueris adhortationibus meis eris & ditior & excellentior.
Ornabis domum tuam omnem:nisi meis defueris hortatibus.
Ad ea te hortor:quæ uideor te paratū:unde laudē incredibilē cōsequaris.
Cū cætera quæq; ī orbe uana sint:uirt⁹(ad q̄ te hortor)ē & ꝑpetua & diuīa

Titulus.xxxvii.

Consultatiua familiaris.

q Veris a me:quid sentiā:sit ne tibi ducenda cōiunx. Consultatiuum hoc qui attingit dicendi genus:ut sit oīno prudentissimus:oportet: ut inquit Plato.Sed ego familiariter hæc paucis.Vxorem qui non ducit:aut uitā celibē profitetur:aut īcestam.si turpem in moechia incestuq; uersatur:quid attemptet:ipse uiderit:nihil certe sancti:nihil boni.Si uirginitati seruit:a mundo abest:sibi ne uiuendū sit soli:an & patriæ simul & suis doceant.Stoici dicentes:hoīes hominum causa procreatos.Doceat Aristoteles inquiēs.Naturā sibi tactū procurasse:ut species cōseruaret:doceat Plato:nō nobis nos solis natos ostēdens:sed patriæ parētibus: liberis : doceat Aurelius cū ait.Nulla alia de causa nubit mulier:nisi ut mater fiat. Doceat demū Saluator christus:qui nō solū nō ꝓhibuit nuptias:sed ad eas inuitat⁹ accessit:illasq; miraculis illustrauit.Cōsulo igit̄:ut nubas:sed ei:cū qua illud inuenias Nasonis.Si qua uoles æque nubere:nube pari:Duc uxorē:nō uirum.Bene uale Ex Mediolano.vi.nonas Martias:

Consultatiua familiarissima:

s I bonus ducā auspiciis tibi mercandū:me cōsulis.Ego sic sentio:qđ ab Aristotele dictum in nostrū incidit Ciceronem:ut quam quisq; norit artem:in ea se exerceat.Ex tuis maioribus mercaturæ uacauit nemo.Te primū hoc officiū & uitæ genus aggredi:nō probo. Vult enim mercatura uirū & aliis negociis nudum:& uariaꝝ gentium:atq; rerū peritissimum.Tu uero & urbē patriam alio profectus nunq̄ deseruisti:& habes familiæ tantū honus:ut uix quottidianis uaces cybis.Me tenes.Vale Ex Mediolano.v.nonas Martias.

Consultatiua Grauis.

u Is cum Turcis militiam pacisci tuā potius(ut dicis)q̄ inter christianos expers uiuere dignitatis.Consulis me:quid sentiā:qui te amo: Amo inq̄ te plurimum sed hæc cōsultatiua ratio longe ab me abest fugiuntq;:me uæhementius consultatiui generis argumenta. Sed cogit me studium erga te meū:sententiam aperire.cretensium leges:quas Iupiter ille tulit omnium regum apud Græcos antiquissimus : uetustiora dicebant & priora nos patriæ debei:q̄ parentibus officia:post superos scilicet prima.

Nam & plato.& Stoici.& Cicero affirmāt pātriam esse:quæ nos aluit:nos educauit:non in sede ac statu locauit:Hostes autem natura,insectamur duce ut neq; igni cum undis nec terre cum cælo pax esse possit ulla:Quis igitur tam iniquus est:& ab omni alienus humanitate:ut prætermissa patria:,desertit:parentibus relictis filiis:reiectis propinquis:cum hostibus cōueniat: eis sit præsidio:illos adiuuet.Maluit regulus ad omnem cruciatum & interdum redire demum q̄ ut prima captiuis aliquod: Africanis Potentioribus priuaretur Pro patria sese Mutius Chocles Decii duo:Fabii tricenti morti dedicaret.Pro patria .Clearchus nihil metuit.Alcybiades nihil formidauit Tu contra patriam arma capies:pro impio profanoq; Mahometto dimicabis contendensq; cum tuis.Vide ne id ut nefarium factu esse:sic etiam dictu sit fœdissimum.cogitatu perniciosissimum.Ille Barbarus est Tirann⁹ Ex partis oriundus:matre scythica:ex utrasq; parentibus dirus atq; crudelissimus:& cui:præter humanum sanguinem fuit:nihil unq̄ uoluptuosū: quasi Lycaoni edantur hospites:aut Busyridi immolentur Tu uero latinus optimus:humanissimisq; parentibus cretus quid potes cum ea fera conuenire: a qua tantum abest mansuetudo:q̄tum a nostris immanitas: Non es dilectus in patriam.Cui uiro & ueteri & bono non idem accidit.Quod exularunt philosophi:quot uiri fortissimum & aliquando inter tuos consequaris quæ non speras.Hæc ego.Tu me audi:& tibi impera.Ex Mediolauo.iiii. Nonas Martias.

Sinonima consultatiua.

A patrid ne dissentias.
Patriæ dignitati serui.
Nihil cum pairia tibi sit dissidii.
Cum urbe tua sit tibi uel mens ipsa communis.
Patriam reliquis præfer omnibus.
Ante omnia patriæ faue.
Consulə patriæ dignitati:si sapis.
Nisi insipias:nihil afferes patriæ detrimentum.
Si cum patria senties:terris cæloq; gratissimus fies.
Nulli prius debes:q̄ patriæ.
Patriam tueri:te docent humana & diuina iura.
Nihil potes:sine tuo summo dedecore:nocere partiæ.
Fac ut patriam in primis serues.
Prima deo proxima debes officia patriæ.
Nulla res tanta est:qua maiorem non debeas patriæ.
Patriam si fugis:parentes omnes fugis & propinquos.
In reliquos studiosus esse potes:in patriam colendam non nisi pius.
Qui dederit patriam:reus est sibi suæ necis.

Perinde peccas relicta patria:ac interempto tuo genere.
Nullum est scelus cum desertione patriæ comparandum.
Cum pietate in patriam nullum est uirtus comparandum genus.
Si uir bonus & esse cupis & haberi:fac ut in primis diligenter studeas patriæ caritati.

Titulus.xxxviii.

Accusatoria publici criminis familiaris.

n On quia uelim uir malus accusando censeri clarissime prætor Antonium accuso criminis publici:sed ut meo satis faciam officio: qui causis præfectus sum publicis aduocatus Tunc enim Lycurgus inquit regi iure ciuitates.cum neglecturus nemo foret:quæ ad se attineret.Læsit is igitur uirginem uestalem: in cuius uiolenter ingressus cellulam:a Tribuno(qui ea de re admonitus ab me fuit)captus est.Sed Clodium illum superauit:qui ausus est uelle Bonæ deæ templum uiolare.Is enim in iudicium accersitus sui criminis.Hic ita pecunia tribunum suosque occupauit milites ut cōtinuo dimissus libertati restitutus est.Huius ego hunc. duplicati criminis accuso tibi:& quod sacrum uiolauerit uestæ:& quod corruperit Tribunum: hortorque:ac rogo:& instantissime puniatur postulo Ad hæc atem ne Tribunus insolentior post hac fiat mulceretur oro. Nam nisi eiusmodi coercerentur appetitus:nihil ad curiam deferretur:Rem habes:& æquissimus es:& ego intercedo.ex Nediolano:iii.nonas Martias.

Accusatiua publici criminis familiarissima.

d Eprehensus est cum Glore in lecto Antonius.finxit se præualitudinarium.Alter erat sibi apud eandem lectulus domum:ubi coniuge consueuerat esse.At absentem uxore:sororem illius adiit.Quid inde nedū suspitionis uerum etiam expressi criminis intelligatur:satis cognoscis ut es omnium prudentissimus iudex.Ego tribunatum(ut scis)gero.Mea interest:quos in publico deprehendi crimine:accusare.Fac igitur:ne in suo tam graui scelere glorietur neu putent alii pariter peccare:licitum esse.Bene uale ex Mediolano pridie nonas Martias.

Accusatiua publici criminis grauis.

n On iniuria decreti sunt a Solone Atheniensi:qui publicis preesse criminibus accusandis:ne quos amici aut sui ciues accusaturi non essent(ne simili casu uel ipsis accusaretur)abirent impuniti. Scæuola uero huius & urbis indemnitati:& plublicorum scelerum multe præfecit delatores publicos:quibus publicos erroret accusantibus partem noxæ cēsores traderent:At hodierni cæsaris fiscales decreuerunt aduocatos:qui eidem instarent officio: nec recusare quidem possent: adquos id muneris deferretur. Cum me igitur delegeritis patrem patres cōscripti:quis inuitum: qui fisco præsim:non possum non ea sequi:sine quorum insectatione uenirem non

infamis modo uocandus: sed negligentiæ: quin & doli mali plectẽdus. Na ut illud est Senecæ: qui non prohibet iniuriam (cum potest) facit: & Cicero ab Aristotile usurpans: alterum inquit iniusticiæ genus esse: cum qui potest iniuriam non prohibet. ne igitur & Antonius insua se malicia iactet: & alii proposita huius impunitate pari culpa coinquinentur: & ego prætermissi officii culpa arguar Antonium ipsum accuso læsæ maiestatis Seditionemi enim in populo procurauit. nam cum eius domum duodecim conuenisset adolescentes: ex iis quidem qui primatum urbis erant filii: proposuit cænã oponere cultam. post ebrietatem munera quibus esset donaturus: qui se sequeretur. Cum illis urbem discurrit: suum facit cognomen in principis locum clamari Reus est mortis: Vale ex Mediolano Nonis Martias.

Sinonima accusatiua publici criminis.

Antonius publicum commisit adulterium.
In incestu publico Antonius depræhensus est:
In aperto flagitio captus.
Flagrantis omicidii accusatur:
Tam palam peccauit: ut negare nequeat.
In re apertissima suæ culpæ nullam potest causam adhibere.
Crimen eius est omnibus coram.
Tantum hoc & tam publicum scelus: quis non accusat.
Tam est id erroris omnibus notum: ut cælari nequeat.
Crimen hoc est ante omnium lumina.
Qui non tenet hoc sceleris abhoc commissum: is ciuis noster non est.
Non priuatam rem afferro: sed uniuersis cognitam.
Id sceleris est apertissimum uel iis etiam qui aliunde huc conuenerunt:
Etiam exteræ nationes hoc facinus tenent.
Nihil est in hoc facinore priuati omnia sunt publica.
Qui uelit hoc defendere monstrum: is in rempublicam temptat.
Publicum ego crimen ad uos affero.
Reus est Antonius publici sceleris.
Ab hoc scelere absit omnis plectendorum priuatorum mansuetudo quia publicum est.
Tam est hoc crimen publicum: ut priuati nihil habeat.

Titulus. xxxix.

Obiectiua generis uel uitæ familiaris:

c Vm hoc meo cõpetitore ñ arbitror esse parẽ cõtentionẽ o cẽsores. Nam si genus utriusq; ad hanc dignitatẽ cõsequendã exquiritĩ quis dubitat: nihil ĩter nos eẽ simile. Inqt. n. Seneca generosa fæmina in hortis crescũt suis. At generosum eum definit Cicero q nobili genere natus sit. At nobilitas (ut ait Iuuealis) sola ẽ atq; unica uirt⁹. Quod si ob iuris disciplinã

hic homo nouus nobilitatus est: at parentibus est cretus ignobilissimis. In me utrunq; concurrit:& quod generosum est & qđ nobilissimum: ut nõ modo antiquissima sim familia: clarissimisq; progenitoribus natus: sed & iuris insignis magisterio:& æqtatus dignitate sim. De moribus aũt nostris fama iudicat: uosq; censores: q hũc sæpe inter scorta pusionesq; deprehẽdistis: sæpe in meritoriis tabernis me semper in pluteo uacantẽ in in bonis artibus: aut inter doctores disceptantẽ. Itaq; q̃ couẽniant huius concursatio: qđq; nr̃a cẽsura iodicatũ sitis: habetis. ex Mediolano. xviii. calen. Aprilis.

Obiectiua generis uel uitæ familiarissima.

g Enus meũ nobile: huius est ignobile. Is bubulcis nescio qbus satis abiectis: ac mercenariis natus. Ego parẽtib⁹ ex primis urbis hui⁹ familiis. Cõiunx mihi ex nobilitate ligurũ: huic ex ĩfima Gallorũ plebe. Gitæ ratio quæ sit utriq;: iam qs ignorat. Hic sorbilandis cyathis: deluciẽdisq; obsoniis terit tempus. Ego si qd ocii ab actione superest uersor in studiis. Q uam igitur concurrat me cum ad hoc beneficium impetrandum commode: ut uideris. ex Mediolano: xvii. calendas Aprilis:

Obiectiua generis uel uitæ Grauis.

r Ecte quidem & peritissime uoluit Suplicius censoribus diligentius cõsiderandum: ubi magistratus legendus foret: qui nam essent nobiliore genere: melioribusq; moribus ac uita: & reliqui ad bene uiuendum inuitaretur: & ignobiles generis rusticitate uirtute niteretur superare. Q uã obrem cum ad appium censorem deferreretur cuiusdam ignobilis nomen qui fœnore ditatus esset: ex qua inquit familia cretus hinc est. Respondentibus fautoribus: ex proximo agro Arpinĩ honesto genere natus: at qua uitæ consuetudine petiit: subdentibus pecuniæ cumulãdæ operam adhibuit pecuniæ igitur præsit: ait non in ciuitati: Labeo non pauperem se malle dixit præficere magistratui bonum: q̃ malum diuitem: Q uid cum in alium utrunq; cor uenit. in alium neutrum. Duo nunc sunt in prætura competitores o princeps æquissime: ac sapientissime: quorum alter. Antonnius abiectissimo genere: uita pessima: moribus perdissimis: alius nobilissima famiia. ratione uiuendi nulla: sceleribns deditissimus. Is ut iuuenalis ĩquit: quo ta portio fecis Acheæ: nescio quo natus Alexi pedite olim tuo: quem quia fuisset crassatur nefandus: tuo iussu furcis prætor suspendit. At uita qui sit patris hic moribusq; minime dissimilis: hinc liqueat quod ex omnibus fere Italiæ urbibus exultat ob flagitia. Alibi furta commisit. Alibi cæde patrauit. Alibi uiolauit hospitem. Alibi falsus inuentus est. Nullibi esse potest nisi propter patrem hie: ubi memoria patris eum deberet assidue perterrere At Lælius: qui hunc poscat magistratum est generosa domo satus: patre. qui tuus senator æquissimus diem obiit ubiit faustissime. ĩ sũma rer; oĩum felicitate: quem sic imitatus est: ut ipse pmeritus sit apud te senatum. Q uo

beateq; uiuendo cũ philosophis Theologisq; cõmentatur. Hic tibi deligẽdus est: quẽ prætorem designes urbanum optime princeps. Antonii similes belluæ in suam perniciem reiiciendæ abs te pelle. Vale ex Mediolano. xvii. calendas Aprilis.

Sino nima obiectiua generis uel uitæ.

Hic est abiecto genere natus.
Moribus hic est perditissimis.
Nulla in hoc cognosci potest familiæ nobilitas:
Nihil est in huius uita laudabile.
Omnia sunt in hoc morum malorum signa:
Squallet hic omni generis ignobilitate.
Nihil est tam obscœnum quad in huius non fœdat uita:
Cum sit hic genere obscurissimo: Tum uita longe inferiore.
Vt in hoc monstro domus antiqnitas est nulla: ita uitæ iniqtas oĩs supest.
Huic uetustius nihil est sceleribus: nouius autem nihil parentibus.
Habet hic pubulcus mercenarius tm̃ in uita laudis: q̃tũ ĩ genere nobilitatis
Quam abest hic a generosis: tam ab omni uirtutis laude.
Sunt huic ignobilia cuncta dedecorosaq; communissima.
Tam hic est bonus. q̃ nobilis.
Abiecto genere natus abiectissimam degit uitam.
Vt est ignobilis familia. ita uita quidem perniciosissima.

Titulus. xl.

Pacatiua familiaris.

i Rritatus es in me: qm̃ delatũ est ad te quidem falso me tibi nescio quid successere. Vide Senecam non minus improbantẽ. quod credatur facillime: q̃ si princeps nihil crediderit. Quid si non audebit me corã delator ille quicq̃ proloqui: Quid si pessimo in te animo dubitans accusari: ꝑuenit hoc delationis genus. At seqre illud Martialis & delator habet: qđ dedit exiliũ. Ego tamẽ tuus sum seruulus: tibiq; ubicunq; uixero: deditissimus: nec tam me coges ab urbe longũ exulare: q̃ ego te semper hẽbo ante oculos: nec cuiq̃ cedã te amãdo. te colẽdo. te numinis instar uenerãdo. Iube ut libet: parebo ut iusseris: quoq; longius abero: facilius intelliges q̃ esse tibi utilis domi q̃ fidus. Nulla in re poteris alius esse mihi semper priceps meus. semper deus in terris: semper habendus ante oculos. uale ex Mediolano. xv. calendas Aprilis.

Pacatiua familiarissima.

c Vra ut uelis amabo te semper: nec tua de me merita e mente mea delebit ulla temporis diuturnitas. nõ sũ ingratus. Pluris lõge facio quod me amaris. qđ mihi faueris: qđ in calamitate me nõ deserueris: q̃ nõ doleo qđ illis in me credas: qui & me oderunt: & te nõ amãt. Sũt enĩ ꝑditis

ſimi delatores Si quid autem eraui:quod caſtris ad deſignatā non interfui diem:pacandus es mi dux facillime:tum quod culpa mea nō eſt peccatū:tū quod ſi etiam peccatum eſt:ut es omnium humaniſſimus:debeas ignoſce. re:ut in multo maioribus grauioribuſq; peccatis ſoles. Erraui fateor:ſed ut illud eſt Senecæ:caret hic error culpa Imbribus ſū prohibitus iſtuc ire. Flu mina intercluſerunt iter meū Parce mihi princeps. Si in me pacatus.ſis qui ſoles in tuos. Bene uale ex Mediolano.xiiii.calendas Aprilis.

Pacatiua Grauis.

n Ihil eſt:quod facilius fieri poſſe uideatur uiro docto:q̄ ut pacetur boni principis aīus in aliquē odio concitatus ſic:enī clementiā Cicero definiuit:ut ſit uirtus:q̄ aīus ī alicuius odiū concitatus cōitate refouet. Quod ſi turbati princeps nō pacarētur:quibus eſſet uiuēdū apud illos:nō illi tūc reges(ut dixi Homerus)uocarentur:ſed tyranni. At Tyrānos Plutarchi pittachus ille ſimiles uult eſſe ferarū in placabiliū.nam ſi natura uel ī ter īmaniſſimasuoluit eſſe feras nō nullas ēt:q̄ mitiores effici poſſēt(ut plinius docet)quid eſt ī homine dicēdū:qui manſuetiſſimus eſt:quid in principe:quem(ut Cleobolus inquit)ſperant ſubditorū omnium mentes:& a cuius ſolus ſalute populorum omniū ſuæ fidei mandatoꝝ pendet ſalus:Iratū eſſe te mihi:factus ſum hodie certior: quia Fabium interemi. Quid ſi non interemiſſem. Certe nunc ego non uiuerem. Scio tibi rem intellectam ut fuit:nec in ea enarranda tero tempus. At quia me accuſas maliciæ qui cū potuerim eo crimine abſtinere uoluerim:dicis enim:cur non uertiſti ad ei9 inſolentiam terga cur non fugiſti:poteras id efficere commodiſſime.pacādus es mihi animo magno:ſed non æquiſſima iratus mente.ſi paee tua dici poteſt. Quem ego ſum apud te locum aſſecutus mi princeps:Militis. At pualem ſe præſtare miles debet fortem:infractum non meticuloſum:periculorum tolerantem. Hæc quotiens non ſeruaſſe: poteram abs te uilitatis accuſari:atq; pelli:ut Cyrus dicebat. Inobſeruantiſſimus autē hoꝝ ſemper extitiſſem:cum inuadentem me quicq̄:duellumq; poſcentē ꝑfugiſſem: aut non iucundiſſime admiſiſſem. Adhæc uero quot me contumeliarum con uitiorumq; confecit is generibus priuſq̄ arma exercuerim. Quo me min9 uidebat ad tæla pronum:eo inflammabatur in me magis:fiebatq; petulan tior. Hæc improbas:& ego non ſolum improbo quæ tibi non placeāt:ſed deteſtor acerbiſſime:cupioq; aſſidue:non exegiſſe. Verum ut illud eſt Agathonis:Vno ſolo priuatur deus:infecta facere quæ facta ſunt. Vis ne princeps humaniſſime in me unum inhumanus inexorabiliſq; cognoſci:cum ī omnis alios:uel illos q lōge maiore fuere in delicto placabiliſſimus fueris. Vide ne:ut hoc mihi mortē afferat:ita tibi cedat ad famā. Cū me deles:op9 deles tuarū manuū:que(ut pſalmiſta inquit)pſalmauerat me. Quicqd ego ſum:ex te ſum Aut non malus dices:Id quoq; nō diffiteor:Sed alium ego.

q̄ te: patrē nō noui: At patri in filiū (ut Terētius uoluit) p maximo delicto paululū supplicii satis est: Parce seruo mi princeps fidelissime: pacatū te mihi redde. Ne sis dirior: fac ut exorem. Ex Mediolano. xiii. calēdas Aprilis.

Sinonima pacatiua.

Ne sis iratus mihi.
Redi in uiam pacis.
Presta te mihi qualem solebas antea.
Noli in me durior esse: q̄ in reliquos soleas.
Esto mihi mitis.
Exhibe te benignum:
Tuam humanitatem ne deleat mea culpa:
Te quæro in me pacatum.
Fac ut pacatus me serues.
Ira tua mortem: mens pacata uitam mihi quærit:
Vt iracundus me terres: sic pacatus me solus animas.
Paueam tuam iram: pacationem cupio.
Nihil est quo tibi plus appetam: q̄ pacatus sis mihi.
Tē gaudeo te pacato: q̄ qua uoluptate nulla possit mihi maior superesse.
Vt tuꝰ furor solꝰ ē (q me cædit) sic ubi pacatꝰ ad me redis: rediuimꝰ uideor.
Redi mi princeps in tuam innatam benignitatem.
Peccaui fateor orando: sed tu ne pecces: te non placando:
Quā longe habes ab oī sceleret: tam absis a te non pacando tuis seruis.
Redde te mihi mi princeps pacatissimum.

Titulus. xli.

Confirmatiua familiaris.

q Via nihil potuisse diciits o iudices istic causidicos agerē meo noīe: nisi cōfirmē q̄ sūt ab iis acta ita enī docetis Marcū Carbonē Iuriscōsultū statuissem. Cōfirmo q̄ gessere singula: q̄doqdē illos scio mihi effecisse: qđ mihi nō cōducat. Quod accepturi sūt aūt ab iis (q mihi debent) pecuniā meā: idq; ab me uultis cōfirmari priꝰ: q̄ accepta sit: nō uideť faciēdū: ne possit postea nō tradi. Sed quia uos cautos eē ostenditis: secꝰ negri fieri: confirmo id etiam (ita quidem) ut q̄cunq; pecuniam is acceperit ea tradatur Sempronio fratri meo: ipsi uero debitores ex nunc: pro ut ex tunc: dicātur absoluti: quam si fraudauerint: nec dederint: spe futuræ numerationis dicatur hæc confirmatio facta. competatq; exceptio non numeratæ pecuniex. Ex Mediolano. xii. calendas Aprilis.

Confirmatiua familiarissima.

q Vi hanc epistolam tibi reddidit. istuc iuit meo nomine futurus causidicus & procurator in re mea. Et quoniam sine mea confirmatione: ad nihil gerendum admittetur confirmo quæ geret: omnia: sic

quidem:ut uel utiliter gerat:uel cum detrimento mearum partium meo cõ sensu omnia fecisse intelligatur:nec/iu eum excipi quæat: quod a me non sit actio sua confirmata. Tuum est officiũ æquissime prætor:ut nullius pso næ facta exceptione haud minus ac per benigne procuratorem hunc meũ audias:q̃ si quis conciuis tuus longe doctior ageret istic apud te causam ex Mediolano.xi.calendas Aprilis.

Confirmatiua Grauis.

n E quid obiciatur in legitime factum:inuenit hoc iuris modestissi- mus:quod in cofirmandis exercetur:quæ non interueniẽte confir- matione nostra:possent non iure facta excepi. Nam adeo quisq; utilitatis propriæ fallitur iudicio: ut ab honestate nõnunq̃ distrahi facillime quæt & mentiri non in enm sint nactæ demum exitum:quẽ uoluisset. Quod & si Pannetio ac Cicerone testibus:utilitas ab honestate sæparari nequit:sepa rata uero non est utilitas. At eo uentum est:ut dauci admodum idẽ sentiant plurimi uero nihil admittant honesti:modo conueniat:quod cõducat sine cupiditati. Quare Euripedes cœcam esse dixit humanam mentẽ in iis q̃rẽ dis cupiendisq; in quibus in esse utilitatem ac lucrũ conspicatur. Recte igit̃ Sempronius iurisconsultissimus & publius crassus uoluere sui in magistra tibus neminem alieno admitti nomine:nisi & cuius interueniebat noĩe in teruenire & uerbis:hoc est eiusdem confirmaretur ore. aut testimonio:qđ de oris mentisq; consensu fidem faceret. Cõfirmo igĩr:cumulatissimeq; cõ firmo q̃ geret istic meo nomine Scæuola:& quæ gessit omna:q̃q̃ procura- tor ab me non est institutus æque tamẽ omnis eius opera mea sentẽtia cõ- firmatur:ac si ego interessem. Ad hæc autem poscitis rogatisq;:confirmem uobis prætorem:atq; designem. quẽ delegistis. Vt uobis ego uos non arbi tror:esse quicq̃ delecturos:quod non intelligatis profuturum:ita uirum cẽ seo prætorẽ ex multis æquitate:prudentiaq; singularem delegisse:quem & fama & rerum experientia cognoueritis:ea seruaturum:quæ ad prætorem & bonũ ptinent:& diligentem:& gloriæ immortalis cupidum. Hæc enim Pericles debere in magistratu esse docebat:& Tales Milesius suos admone bat. Nã ut Plato iussit corpus se tuerim præto:existimet:cum in urbe iudi cat suis humeris demãdata. Verũ quia nostroꝝ edictis maiorũ (q̃uis per: optime cuncta delegisseris) nisi delecta confirmemus:stare nequeunt: que ritisq; hunc cosensum in re nostra. hise litteris uobis prætorem hunc dele- ctum confirmamus:ap probamns electionem:confirmatum:admitti uo- lumus:hac autem confirmatione nostra deinceps eo fungatur magistratus eiuscemodi munere:quo reliqui prætores urbis istius nostræ consueuere fungi. Valere ex Mediolano.x.calendas Aprilis.

Sinõnima confirmatoria.

Quæ gessit is confimo.

Nihil ex iis infirmo:sed potius approbo:q̄ meo istic noīe dixit Scæuola.
Eque habete rata firmaqꝫ Scæuola gesta:ac si ego interfuissem.
Confirmo delectum istum magistratum.
Comprobo quæ uillicus meus in prædio gessit.
Firma sit mei uenditio a Scæuola facta.
Non mutuo quicq̄:quod is effecerit.
Habeo ꝓ facto ꝑpulchre:qcquid meo noīe istic factū est a Scæuola.
Gesisse uolo Scæuolam omnia meo cum instituto.
Nihil excipio ex gestis ab isto.
Fecerit iste non secus singula:ac me præsente.
Sciaut omnes me probatissima dicere:quæ fecit mea in causa.
Confirmatum semper quisqꝫ putet:quod egerit pro me Scæuola.
Nusq̄ obiiciam benefactum non esse:quod pro me fecerit iste.
Ab isto quicquid effectum:est omne confirmo.
Nunq̄ negarim bene facta:quæ iste mea gesserit in re ulla.
Faciat ut uidebitur Scæuolæ:recte factum affirmo.
Quæ uobis sine meo consensu non prosunt:approbo cuncta.

Titulus.xlii.

Inuectiua familiaris.

e T si nō est mei neqꝫ aī:nec moris:in quēq̄ inuehi:nō possnm tamē eandē in re seruare modestiā:cuius iure dixerim:ut Hieronymus ī Vigilātiū inqt:linguā ꝓcidendā & in frustra lacerandā:ut qui loqui nescis: discas aliqn̄ conticescere. Assidue tuo isto scurriliore ac prudentissimo in aliquem debaccharis:& ridiculū caput eēs bonos irrides. Assidue uersatus ī luto ad aures usqꝫ marcentes alios uocas & putridos. Assidue sis in deridēdos & doctos & eruditos insolentior:atqꝫ insanior. Vnde ista mordacitas in te tam innata. Vnde iste tuus furor tā barbarus & īmanis. Nā nisi penitus ab oī humanitate sis alienus:nūq̄ adeo insanire cogaris ut neqꝫ modū in dicēdo serues:neqꝫ m̄odestiā:sed te reuide bone uir Terentiane:ac resipice. non ne iā annū supra trigesimū nactus nihilo plus sapis:q̄ si puer uersareris ī cunis. Persuades te tibi uirꝝ esse sapictissimū cūqꝫ nihil unq̄ didiceris litterarꝝ (qđ inter litteras cōuenire possit) litteratissimū eē te duci:audesqꝫ de lr̄is cum illis contendere q sunt in Italia præstātissimi. Proh hoīum furiose:īmo bellarꝝ pessima:cui nihil sit tolerabilius maledicētia:cui sunt oīa nullius: præter uæcordiā:atqꝫ uersaniā. Quā aūt sit leue cerebellū tuū istud qui nescit: uideat tuā istā quottidianā in oī re uarietatē ut nūq̄ tibi sis constantior:q̄ cū stertis,aut crapula & ebrietate obrueris:aut libidinibꝰ uaces:a qbus & si nō nūq̄ debilitas neruorꝝ at nunq̄ uolūtas & īmensa cupiditas surripit. Quicquid.n.patrimonio relictū est qcqd aduenticiū:aut profecticiū fuit omne ī hisce flagiciis cōsumpsisti:obliguriuisti.delapidasti. Nūc assidue tete ener-

uas inter Gnatones Helluones: Prædicones uir imundissime. scelestissime perditissime. Te igit castiga primũ: mox reliquos tui dissimillimos castigabis: & noli fabula ec uulgariũ. Ex Mediolano. ix. calendas Aprilis.

Inuectiua familiarissima.

n Equeo me amplius continere uir impurissime: ut ad ea respondeã deniq; quibus me semel: iterũ atq; rursus ineptissimæ tuæ litteræ ĩserunt. Dicis esse me malũ: q te accusarim ignorãtiæ: sceleratũ q nõ uiuã hominum iudicio. Tu ne queq̃ audes castigare bællua℞ maxima. Malus sum: qa te ignorantẽ appello. At malus sim profecto ac pessimus: si hæc sileam: quæ tui cõmilitones palã exhibẽt æque: ac peculiaria doctrinæ bonæ pcepta. Nã cũ uel ipsam ignores. Grãmaticẽ ad minimos usq; caratheres componẽdos: disiungis. n. in scribẽdo syllabas: haspiras quæ nullã adhibẽt haspirãdi rõnem: reliqua sũt apud te barbara: qui possim hæc cõticescere. Me uero dicis nõ hoĩum more uiuere. Nõ eo℞ inq̃ hoĩum more me fateor uiuere: qua tua sequunt̃ uestigia nebulones: cũ istud nõ uiuere sit sed mori. At co℞ quidẽ sententia uiuo: q longe abs te: tibiq; parib⁹ absunt: qui bonis uacat artibus. nõ sepeliunt̃ inter epulas: nõ stertũt in lectulis cũ scortis. nõ sunt in Tessera ĩpediti: ut tu soles. Quid. n. aut cogitas aliud die noctuq; aut dicis: aut facis: q̃ eiusmodi qcq̃. Qui sunt tibi socii. Gnatones parasyti. scurre Tabernarii. coqui fartores. Quibus oĩa credis tua: pueris: meretricib⁹ ubi semper uersaris. In fornicibus. meritoriis. Thermis. I maledicte: ac late. nec omnibus de te eachinnum moueas: & quæ nescis: saltem disce. Ex Mediolano. viii. calendas. Aprilis.

Inuectiua Grauis

c Vum ex oĩ hoĩum genere deceat illos in primis detestari qui mali sunt. tũ ut docuit Demosthenes: inter malos ipsos existimandi sunt illi pessimi: qui cũ oĩ sint polluti scelere: quasi uiri graues atq; cẽsores: audẽt alios (a quo℞ moribus bonis inq̃ atq; innocẽtissimis plurimũ absunt) castigare: accusare dicere pditissimos: & in eos insolentius inuehi. Ad quos illud Lauronia Iuuenalis inquit Tertius e cælo cecidit Cato. Nã si recte cõsyderent̃ illius Satyri uersus: Clodius accusat mœchos: Catilina Cethegum: & rursus. Quis tulerit Gracchos de seditione querentes qs cælũ terris nõ misceat & mare cælo: si fur displiceat. Verri: homicida Miloni: ad te ipm conuertet hanc sñiam: & Antoniũ dicet illũ esse q coegit satyrũ loqui. Proinde si maluisses audire Ciceronẽ dicentẽ: neminẽ ad accusandũ debere paratũ esse nisi & ad innocentiã suã exprimẽdam promptus sit: q̃ tuam istã tam insolentẽ in dicendo licentiã: frenasses aliquãtulum tete cohibuissesq; tuam tã insulsam mordacitatẽ potius: q̃ in me tam imprudẽter. imo tam furiose irruisses. Tunc tibi diuus Hieronymus occurrisset cõsuluissetq; inquiens. Nihil est fœdius risu in risione dignissimo. Quasi uir religiosissimus uideris

nostro succurrere ordini nõ probas uiuentes liberius religiosos leges réfor mas bñ uiuẽdi. Ministros & præfectos monasteriorum admones: quid agẽdũ instas doces præcaris: cõsulis: & quod deterius est pecunia corrũpere conaris. Nihil prætermittis quod dicas nobis profuturum: quasi & tu solus uideas quid cõducat: & cæci sint cæteri & tu sapias unus: insipiãt alii. Nũc ego: qđ in fabulis legit: uideo lupũ esse monachũ effectũ: imo nũc est locus Euangelio: ut uenias in uestimẽtis ouiũ: qui es intrinsecus lupus rapax. Audes tu queq̃ accusare inobseruãtiæ: aut ordinis nostri obseruantiã docere q oĩum es inobseruãtissimus religionis: pietatis paupertatis caritatis. & ipsius deniq; cristiane fidei. Vide ne hoc tã ridiculũ deniq; sit: q̃ quod maxĩe. Nam ad mirabilius esset: uidere te religiõi uacantẽ: a qua semp tanq̃ a pniciosissima peste abhoruisti: q̃ si ut ille inqt (mulier uitulũ: uel si bos æderet agnum. Tu nũc e cauponula clanculũ rediisti ad monasteriũ. nũc e fornicibus nũc a puſtonũ cõmertio. nũc a uitata sacerdote: ad hæc secta administrãda. Vbi est tuo patrimonio tibi relicta pecunia: in fœnore. Vbi mřis dos: In fœnore. quæ clãculũ assidue surripuisti monasterio. In fœnore. In qbus uitæ gradibus cõsumis hoc fœnore q̃sita. In gula in otio in scortis in cõuiuationibus inq̃: cõpotationibus. ebrietatibus sceleribusq; demũ oĩbus: qbus abiectissima pecudũ exprimat cõditio: Sardanapalli instar. aut Smindiridæ Sybaritæ. Qui hæc ignorat diligentius inqrat: aut ad me ueniat: Testibus argumẽtisq; ꝓbabo dignissimis. ac oĩ exceptione maiorib⁹. Sũt Mediolani Romæq; ꝓcessus qbus de ecclesiasticis rapis cõuinceret. Sũt & alii Placẽtiæ papiæq; qbus cõpertus in scelerib⁹ atrocissimis æs dedit nõ mediocre: ne plecteretur publiceq; dãnaretur. sunt de nostris nõ pauci. qui si quærant. cogãturq; dicãt. quo eũ comitati sint de quo loquor: ubi sæpius pernoctauerit: quid egerit: quibus in discriminibus uitæ induxerit illos sed esto sis malus q̃tum uis. O bællua: sis perniciosus: sis inq̃ nefarius. Sed nõ obsis: nisi tibi sis ridiculum monachorum: minus religiosorũ. sis inq̃ inter nos Simia (& ut illud est Iuuenalis) fraterculus ille Gigantum. At nõ audeas o bestia uelle uir bonus & uideri: & existimari nec te iis in geras negociis: quæ longe absunt ab ingenio tuo isto inq̃ tam habeti ae panicario: sed malicioso: sed uersuto uafro uersi pelli doloso. Quid enim ut fiat instans: ut insubres ac præcipue Mediolans pellatur hinc: exteri succedebant: bonæ (ut dicis) legi paratiores ea dumtaxat hoc fingens ratione: ut nobis absentibus: tu ministres: tu gubernes. tu omnia tuo nutu imperioq; modereris. O sanctum hoc monasterium te duce. O faustum fœlix: ac fortunatum æuum hoc: quo tu monasterii huius instaurator declareris. Non sunt igitur nostri tam ad bene beateq; uiuendum accincti. parati: atque apti: quam tu. Potes tu quicquã o ignare. o impudens: o pessime: quod nos nequeamus. Absit. absit. absit. inq̃ error iste patres optimi: ut hic presit nostris ut hic nr̃os:

propellat ut hic hipocryta nobis imperet. Præficite quē malitiis: mō istius maliciæ nō sit locus. Præposite nobis seuerissimū quēq rectorē: modo & iste cogatur ab illo: uidericq aliquādo possit: qs sit homo: quareq īstitit usq adeo. Ex Mediolano. vii. Calendas Aprilis:

Sinonima in uectiua.

Omnium es sceleratissimus.
Nihil est in te non flagitiosum:
Nullius es sceleris expers.
Tam abes ab omni laude: q̄ uir optimus a flagiciis.
Nihil est tibi cum bonis commune.
Antiquius in te nihil est incōtinentia.
Vt es omnium imprudentissimus: sic impudentissimus.
Viuis tu quidem pessime ac perniciosissime: si beluarum dici uita at nō potius mors debet.
Amas omnia male uel facta. uel dicta. uel cogitata.
Quid est obscœni: qđ nō dicas: qd perditi quod non audeas.
es una eadēq omnium uoce sentia scelerum cloata fœtidissima:
Tunc tu plurimum oblectare: cum plurimum peccas.
Nullum est tam uastum & abhominandum crimen: quod tibi leuissimū facillimum. ac minimum non uideatur.
Adhibes sceleribus omnem operam.
Quo maius est ac rarius uitium: eo te illud delectat magis.
Ab omni uirtute alienus cunctis criminibus uacas.

Titulus. xliii.

Amatoria honesta familiaris.

q Vanta sim erga te beniuolentia nō est facile dictu. Nam si uero illđ a Cicerone dictū est inuitari nos ad amādos: quos nūq̄ uidimus in quibus sit uirtutis simulacrū quo debeo esse in te studio. quē uidi nouiq uirum oī laude cumulatū. Habes tu quidē quæ in homine sunt rarissima ingenuam indolem. fœcunditatem ingenii nō mediocrem. doctrinā qui longe lateq superat ætatē. Esq (qđ maxīe ꝓbandū est in hodiernæ tēpestatis hominibus) oīum humanissimus: atq q̄ gratissimus: nec te officiis uinci sinis nec cuiq̄ es difficilis. Amo te igitur uæhementius & abs te amari cupio: n̄ qui rear posse te mihi amore parem fieri (superabo te semp (sed q nō amē: a quo nō amer. Quod tunc fieri posset: cū tu maiorib⁹ occupatus negociis posses mei nō meminisse. Id ut ingrati esset hoīs: ita contra omnē humanitatis tuæ naturā atq uim. Nā si uero dictū est a Seneca: si uis amari: ama: necessariū est: ut amet: q amat: eūq in naturā & beneuiuendi rōnem niti: qui cū ametur: nō amet. Si qd ego postularē turpius aut attemptarē indecori: n̄ essēm amādus: teq mihi nō r̄ndentem in amore nō accusarē ingratitudis:

200

ac mecũ ipſe potiue magnificarem honeſtatemq; ac pudiciciã tuam nequi rẽ nõ laudare. At ubi tua me ad amãdũ inuitauit ꝓbitas. egregia laus: ſumma eruditio: qs põt nõ ꝓbare aĩ mei ſniam: qs te nõ ĩprobare ſi nõ reſpõdeas: Ama me igitur mutuo & aliqñ qcq̃ ad me dato lrarũ qbus optimũ conſequar amoris erga te mei fructũ: legẽdis ſæpenũero doctiſſime abs te exaratis. Quid n. iucũdius ad me deferri poſſit: q̃ q̃ tu tã diſertus elegãtiſſime ꝑ feceris. At cõtra tu me meiſq; oĩbus: æque utere ac te: tuiſq;. Tũc. n. me mihi rẽ gratiſſimã effeciſſe cognoſcã: cũ tibi gratificari me poſſe duxero. Incredibile dictu ẽ q̃ tibi cupiã morẽ gerere. Ex mediolano. vi. calendas Aprilis.

Amatoria honeſta familiariſſima.

a Mo te plurimũ: ob incredibilẽ doctrinã tuã. cupioq; abs te mihi in more reſpõderi. Quod cũ feceris: & offõ ſimul tuo ſatis feceris: & deſydero meo: cũ neglexeris & a uirtute defeceris: & ſpẽ fefelleris meã. Horũ utrũ & ipſe uelim: ac expectẽ: & te deceat: tute iudica: q uires prudẽtiſſimus Si me ad te amãdũ tua ꝓmouit eruditio ac probitas: fac ne uel rudis uel improbus uideri malis: q̃ qualis es. Ad hæc autem ſcribe nõnihil aliquãdo ac iube: ut & lr̃is tuis elegãtiſſimis iucundus mihi ſis: & mea utari. opera. Vale ex Mediolano. v. calendas Aprilis.

Amatoria honoſta Grauis.

c Vm nihil ab me q̃ri ſoleat diligẽtius: q̃ ut iactura nulla ſit temporis. Nã ut Lactãtius docet: ne qd fruſtra fiat ꝓuidendũ eſt tum hoc etiã diligenter ĩnquirit: ut ingratum nõ ſim officioſus. Nã & ſi officiũ in nemine ẽ negligẽdum ut uolunt Sophocles: tamen duo ſunt pro Euripide officii genera: quorum aliud exprimit liberalem in benemerentem aliud ꝓdigum ingratum. Vtroque nos amant reges ac dii immortales. Vno ſunt homines laudandi. Nam uel ipſi reges: atq; dii: quod Theophraſtus inqt cum uiderint nos non reſpicere: officium reuocant. Nos homũculi: quibus non licet nec eſt ſemper facultas reuocãdi: quod. dederimus: deſinimus potius dare: ſi ſapimus: q̃ ſi dederimus: ſperemus reuocare: cum etiã nos Sulpicius iuriſconſultus admonuerit melius eſſe nõ ſoluere q̃ male ſolutum repetere. Cum igitur ad amandum aliquem nos ducit. inuitat: atq; trahit quodammodo ulla illius egregia & rara uirtus: niſi nos ab eodem amari ſentiamus fruſtra noſtrum nos officium impendere: ac tempus terere intelligimus: in quos illud Ouidianũ iure dicendum ſit. Quid harenæ ſemina mãdas: Non profuturis littora bobus aras. Merito poſſimus uel Belidum ĩ undas haurire uel Syſiphæo ſaxo laborare: uel Iſioneæ inuolui rota. Quam obrem cum ad te amandum: non una: ſed plurimæ tuæ ſummæq; uirtutes allexerint: ut ſi te non amem tota mente: ſim penitus amens. Amo ꝑfecto tam ſincere. tam uere. tam perfecte ut eorum cenſerim nulli: qui ſcribuntur apud ueteres tam arctis deuincti amicitiæ uinculis. Sed ut amer abs te pa-

riter cupio ne frustra sim ĩ amãdo ꝑplexus. Haud. n. uereor ñ amari: sed eo
qdẽ amãdi officio mihi ñ reponi: ꝙ expecto nã ut ad te amans crebras lr̃as
dabo: sic referri uelĩ rñsa: ut mutuos dẽt accipiãq; amoris fruct⁹. Ait. n. ꝙ ñ
nescis Aristophanes: p̃sentes cõsuetudinẽ q̃ familiarissimã amãtes hr̃e: ab
sentes uero lr̃arꝝ usũ. Itaq; q̃ diu his erim⁹ locorꝝ ĩterualis disiũcti: lr̃arꝝ cõ-
tẽdam⁹ officiis: alter alterꝝ supare: q̃q̃ elegãtia dicẽdi abs te uict⁹ te sp̃ amã
do supabo. Scio qd dicã. nũq̃ amãdo me uincas. Prior ĩcæpi tuis allect⁹ lau
dibus. Tu me seq̃ris. Vocat⁹ rñdebis. Auctor hui⁹: ego sũ bñiuolentiæ. Cũ
facile sit ĩuẽtis addere. Prĩa laus ĩ intẽtiõe cõsistit. Amat ait Seneca q te pri⁹
is te ducit. Dux ducto maior ẽ. At Homer⁹ uidẽtẽ p̃fert cæco: q ĩ alio ĩtelli-
gat: ꝙ ĩ se neqt ĩtelligi: Ego te amo: qm̃ es doctissim⁹: eruditissimus: disertis
simus. Tu qd ĩ me uides: cur ames. Nihil ꝑfecto. nisi ꝙ amaris: ñ es ĩ amã-
do officiosus: Sed si ñ ames: ĩgrat⁹ appellare. Tu ĩ me cæcus. Ego ĩ te uidẽs
At amãdo simul ĩpera ñ nihil: ut usus opa mea uel ĩgenio: uel facultatib⁹ ui
deare mutuo me amare. Nã ego ubi uideor qcq̃ ĩ te: quo mihi sit opus: nõ
desinã q̃rere. Si dabis: muneri tuo satisfacies si negabis: nõ ego: sed tu pecca
ueris. Quod si qd ĩ me uideris ꝙ tibi gratificari possim: nec eo sis usus: pin
de malefeceris: ac si auarorꝝ more a tuis abstinueris reb⁹. Mea. n. oĩa sic sũt
ĩ te cõuersa: ut ego quoq; cõuersus sũ. a quo nũq̃ aberis: & cũ quo: q̃to erim⁹
locis disiũctiores: tãto eris caritate cõiũctor: tãto tibi sũ sp̃ futurus deditior
atq; dedicatior. Modo tu me pariter ames: nec ĩdignũ putes existĩare: debeŕ
te hoc mihi ꝙ te amẽ tã mirifice ut nihil supra. Ex Medio. iiii. kal. Aprilis.

Sinonima amatoria honesta.

Ego te plurimum amo.
Incredibili sum in te beniuolentia.
Cupio ut mutuo me ames:
Expecto abs te in amore mihi responderi.
Si uis non esse ingratus: ama me: ut amaris.
Si me mutuo non ames: sis omnium ingratissimus.
Quod te primus amare cœpi: debes tu plurimum mihi.
Fac ut meũ in te studiũ non negligas: sed in amando respondeas.
Ama me ut te amo.
Cum amem te honestissime: tu pariter ama.
Quando inuitat ad te amandum me uirtus: ne te ingratũ exhibeas.
Ne te ĩferiorẽ rñdẽdo p̃beas: q̃ ĩ tua amãda uirtute prior ego sim inuentus.
Cũ ĩtelligas q̃ te sincera mẽta amẽ: nõ ducas ĩdignũ: si me mutuo ames.
Imitare in amando si potes fœcũdissimos agros.
Nunq̃ amando me superabis: sed ut annitaris cupio.
Ego quoũ abs te quod postulo: in amando: nemini cessero.

Titulus. xliiii.

Rei nouæ nunciatoria familiaris.

q Vid hic agat̃ noui nũciaturiis quod potissimũ scribã:aliud non habeo:q̃ quod ad nos attinet. Vir ille bonus(hoc est oium fraudulentissimus)oppugnat hic bonos uis:inuenitq; pastore quoddã lupus tegmen ut quia non uiuitur in hoc monasterio(ut ait)obseruanter:exteri huc traducantur:pulsis nostris insubribus:quasi uelit obseruãtior esse reliquis:aut nõ potius occupare monasterium:& solus imperet:& suis sceleribꝰ omnia polluat:Nos obsistemus quantum opera.ope.consilio.amicorũq; fauoribus poterimus.Sed præcipue dei optimi maximiq; auxilio:qui non feret has sordes hisce fraudibus tegi.Cætera hic omnia quiescunt. Nam dux insubrium & mater & filius bene ualent Paccata sunt quæq;.Bene ualemus singuli Tuum ad nos aduentum expectamus. Vale.Ex Mediolano.iii.calendas Aprilis.

Rei nouæ nunciatiua familiarissima.

h Ic frumenti maxima est caritudo.Viuimus oẽs difficulter.Nam & de peste nõ est suspicio mediocris.Pullulãt.n.signa quædã:quibus manifesto cognoscitur:quid impendat.Fit coniectura de pace potius:q̃ de bello:tametsi uideantur quædã significare bellũ qbus discordiæ populorũ flagrant.Sed futurorꝫ solus est arbiter iupiter.Tua coniunx aliquantulum ægrotauit:nunc cõualuit.Filius tuus natu maior est in litteris diligẽtissimꝰ At plus longe delectat̃ poeticis:q̃ legibꝰ.Quicquid conatur dicere:carmẽ est Inuito ne quid sydere:annitatur:operã adhibe ne plus sapere uelle uidearis q̃ sapias Inuitis nihil est contendere fatis.Frater tuus ex Trhacia ditissimus rediit:nec qcq̃ plus cupit:q̃ te corã intueri.Cito(si sapis)redi. Vale Ex Mediolano pridie calendas Aprilis.

Rei nouæ nunciatiua Grauis.

n On paruum in scribendo munus Libanius constitutum esse dicit:cum amicis per litteras res nouas nũciamus.Sic enim illi rerꝫ audiẽdarum nouitate delectant̃:& nos officio functi ea in re sumus. Nam si homo(ut a Platone didicit Tullius)sciẽdi cupidissimus ẽ:uel eas res scire plumum desiderat:quæ gerũtur ubiq; nouæ præsertim in patria:a cuius salute sua pendet semp salus:& cuius cum incolumitate sua incolumitas est coniũctissima.Quod ego mecum animo uolutans(quippe qui tibi sum ditissimus)constitui te de iis rebus reddere certiorẽ:quæ hic assidue fiunt naues.triremes.biremes.myoponesq; parant̃ q̃ diligentissime: ut ingenti uirorũ lectissimorꝫ numero:classeq; potẽtissima in Turcorꝫ expugnãdum ꝓdeat̃ Txrãnum:lecti sunt aũt ex oĩbus ordinibus uiri fortissimi quorꝫ senatores Triremibus biremibusq; presint.Equestri ãt ordinis nautæ nauibus insĩt ex plebe honestissimi myoparones regnant atq; scaphas æs grãde datũ est Mercesq; proposita multo maior.ab ĩsubribus huc & pecuniæ multæ mis-

ſæ ſũt:& hoĩum cateruãtĩ ſtipatoꝝ ñ paucæ maſſæ. Regẽ Nũnorũ inqunt ſeſe huic expeditiõi tã acriter deuouiſſe:ut mortẽ potius ſit ſubiturus: q̃ ſine uictoria ĩ Pãnoniã rediturus. Frãcorũ ãt & Britãnorũ reges ĩ hãc expediti onẽ paratiſſimos ſcimus ut iã iter aggeſſi ſint. Deũ ãt optimũ qs dubitat eẽ miſeris calamitoſiſqꝫ chriſtiãis fauturũ. Oĩa ſũt igit̃ ita nobis apparata: ut ĩ portu nauigare duci poſſimus De ualitudĩe Venetorũ nihil attigero. Tã tus ẽ.n. ĩ hãc urbẽ ex uariis cõcurſus urbibus ut undiqꝫ in dies peſtilẽs mor bus afferat̃:nec ſatis ualere poſſimus. At p ea ualitudĩe q̃ ĩ urbe qdem eſſe in iis põt:q ſuæ uitæ cuſtodiã adhibẽt:nos curamus: q̃tũ poſſimus ne ægro- tationem incurramus. Semptõius diem obiit. cæteri oẽs tui bñ ualent. Va- le Ex Mediolano calendis Aprilis.

Sinonima rei nouæ nunciatiua.

Hic omnes bene ualemus.
Hic annona cara eſt.
De bello nihil hoc loci dubitatur.
Turcorum exercitus fugatus eſt.
Armatur hic claſis in Turcos.
Aes grande militibus datum eſt.
Maximus fit in Turcos apparatus.
Tutus frater nauigauit in Syriam.
Pater tuus es Dannubio rediit.
Teutonici pugnant cũ Pannonibus.
Expeditio in Bos nos celeretur.
Rome ſummus põtifex deſignatus eſt.
Nihil eſt tuo filio iam conualeſcenti metuendum.
Audiuimus hic te ægrotaſſe ſed continuo conualuiſſe.
Tanta hic ſunt frigora:ut oẽs unde hic riguerint.
Supplicationes hic pro uictoria chriſtianorũ triduo factæ ſunt.
Nihil amittit̃ in hac urbe:quod ad uoluptatem attineat.
Hic ciues aſſiduis uenationibus uacant.
Qui ſunt in hac urbe meliores:plus ſtudent libidinibus.
Rogat te Iulius ad te ſcribas nonnunq̃.
Miratur tua coniunx:qui ſe adeo negligas:ut de tua ualitudine nihil uſquã ſibi ſignifices.
Omnes hic tuũ ingenium ſummamqꝫ doctrinam admirantur.

Titulus.xlv.

Publicæ fidei præcatiua familiaris.

Vm iſtuc ire plurimũ cupio princeps optime.tamen non abs te in
c quẽ nihil unq̃ peccaui:ſed ab iis uæhemẽtius in me quicq̃ patrari:
metuo:quibus aliquid debeo nũmulorum:nec hactenus expedire

potui quod debebam.nam rugientes quasi aduersus me leones nolũt meæ cõsuli saluti:nisi prius fuerint:quod crididerunt cõsecuti.Ast nemo dat:qđ non habet.Quod Agathon ait.non ii quid possim:animaduertunt sed qd uelint.Difficile impossibileq; fit:ut ex aridissimo quidem saxo hauriat̃ unda uel sanguis At illi sic uolumus.nunq̃ redebis in patriam nisi soluis.Vnde soluam.Tua interest.Ad te igitur humanissime confugi princeps:qui soles omnium esse misericordissimus:non qui petam hanc pecuniam omnino remitti mihi specieq; creditoribus eius unq̃ ad mi recuperãdæ:sed ut illi non exerceant in me iracundiam:mihi liceat libere istuc ire indeq; ad annum usq; sæpius:pro arbitrio redire.Interea promitto me omni opera curaturum pro uirili mea:ut illis satisfaciam.Vale princeps optime.Ex Mediolano.iiii.nonas Aprilis.

Publicæ fidei precatiua familiarissima.

a Ccederem istuc non nunq̃ uir clarissime:ut cum principe te uiserẽ:& negocia mea procurarem:si liceret.Sed sunt:quibus non nihil debeam æris:qui assidue interminentur curaturos se meam captiuitatẽ si istuc iuero:nisi prius secum pactus fuero:Conditionem autem nullam uolunt:nisi ut soluam.At non nescis:qui me iam menses aliquot oppresserint cas⁹ terra mariq;:Nam & mercatura mari mihi fuit plurimum detrimentosa:& agricultura terra me fefellit.Quare te unice rogo:me comẽdes principi nostro humanissimo:eumq; roges publicam mihi fidem sua benignitate:largiatur:ut istuc ire:indeq; pro libito redire possim.Vale ex Mediolano.iii.Nonas Aprilis.

Publicæ fidei precatiua Grauis.

f. Idem publicam a populis & principibus postulari docuit Solon oportere:cum timeretur quicq̃ uel in uita uel in re ipsa.Nam uel erratum sit quippiam:uel id minus:sibi cauendum esse diligẽter.Modestin⁹ admonit:Aliqñ sũt delatores:quoꝝ murmura timẽt ut apđ Neronẽ multi sũt ĩterẽpti:plures cruciati multi fortũis ac uitæ ꝑte spoliati.Nõnũq̃ interueniũt inimiciciæ:q̃ amalis exorẽtur cũ dñis.Aliqñ uero solẽt occurere alia & alia casuũ genera:qbus q nõ ꝓuidet:facillime in miseriaꝝ ĩcidit laqueos.Publicã ãt fidẽ Agesilaus rãti uoluit esse:ut q eã uiolaret:cõi toti⁹ Græciæ ꝓsecutione deberet ẽt in tẽpli ãt deoꝝ dilaniari simulacra.Quid enĩ in uita supesset fidei:aut pietatis:aut asyli:si principes suã fidẽ nõ ꝭuarẽt:q̃ uel ostibus ꝭuari uoluit.Actilius:& docuit Cicero.Aut enĩ cũ postulatur a calamitosis & quouis hoĩm genere negetur:aut ꝑmissa seuetur nec in fide publica(ut iussit Xenophon ille socraticus)iusta ne an iniusta ꝑmissa sint:qrãtur:postea q̃ ꝑmissa sũt:sed obseruẽtur nulla interpræatione adhibita:pura:nuda:simplici & intacta.Ego tãdem quid snm postulaturus:ut clemẽtia tua functus primum remittas mihi quod peccaui:Fateor enim me com-

misisse in tuā maiestatē: sed p errorē. ita me adiuuēt superi. Non fuit culpa peccatū. Sed qa tanti ē in maiestatē peccare: sed īprobas: & indulgendū nō eē ducis pducēdū saltē non stabiliēdū cōsiliū istud: uelis. Da mihi fidē publicā: ut istuc & in oēm regionē tuā: singulasq; terras mihi liceat īpune ire. p noctari morari semelq; ad plures id exeq: ac inde libere discedere: nulla interueniente qrimoniā: cuiusq̄ue inqetatione. Id si tua benignitate cōsequar in hāc rē publicas mihi decerne tuas litteras tuæ uolūtatis ac fidei mihi testes: superaq; tua māsnetudine malignitatē erroris mei: qd cū te orē unice prīceps clarissime: tū spero mihi ñ negatum ex Mediolāo pridie no. aprilis.

Sinonima publicæ fidei precatiua.

Rogo mihi des fidem publicam.
Posco abs te publicæ fidei litteras.
Insta cum principe pro fide publica.
Saluum coductum (quem uulgo dicunt) abs te posco.
Da mihi: impune istuc eam: ac redeam.
Fac ut ad uos mihi pateat liber & accessus: & reditus.
Ne neges mihi fidem tuam o princeps.
Concede ut tutus ad uos ueniam: rediturus pro arbitrio meo.
Nihilo mihi magis es gratificaturus: q̄ si p me publicam ab isto senatu fidē exoraueris.
Ego te unice obsecro: quæras ab isto populo litteras publicæ fidei.
Vt asylo tuo tutus istuc eam: & regrediar: quæso mi princeps.
Vt nullo impedimento inuoluar: si istuc iuero te oro mi consul.
Præsta mi humanissime regule mihi ueniendi tuas in urbes redeūdiq; quotiens uoluero: liberam facultatem.
Concede per deum īmortalem mi prætor ut nulla ingruente uaxatiōe istuc ire: indeq; quotiens mihi libuerit redire liceat.
Da mihi: te rogo maximopere: impūe ad te ire facultatem.

Titulus xlvi.

Historiæ narratoria familiaris.

Vm Belgæ cōuenissent cū Germāis iis: Rhenum inco lunt: postea q̄ illorum Dux Carolus bello Germanico peremptus ē Lodouicus rex Gallorum adorsus est eos: ea spe ductus ut omnem illum occuparet potentatum. Causas autem inuenerat belli quod ad se diceret pertinere uniuersam: Galliam: cuius partem in Belgis dicebat ab allobrogum ducibus Philippo patre: ac Carolo filio iampridem potentissimis occupatam. Existimabat āt facile Germāos aut sibi fauturos: aut aduersarios nō futuros qui paulo ante societatem aduersus allobrogem Carolū tuebantur. Itaq; & ob inita ni amicitiā: & ob odiū uetus in Belgas principes ducebat eos sibi futuros auxilio potius q̄ detrimento. Fracti sunt tñ iā ter ac fugati cum suo iamq; Duce Bel-

gæ(ut ita dixerim)tam dispartí:ut eneruati dici possint·Hæc historiæ narratiua est epistola:quis familiariter:ac succincte omnia expresserim:& per tabellarii celeritatem uoluerim ad te aliqnid ex historia scribere. Bene uale Ex mediolano Nonis Aprilis.

Historiæ narratioa familiarissima.

c Vm essent cōfecta repagula mænia ī liburnis a Venetis ad q̄dragintafere possuū milia ī cursione Turcoꝝ improuisa:& repētino quasi torrēte influente diruta sūt ea pte:q̄ magis uidebātur esse tuta & incōcussa. Turcorū āt ductu cōuenere ex finitimis plurimi Pannones Seraphi. Epyrotæ:aliiq;:uel q fidem obnegassēt christianā pfidi uel qui adhuc in fide uersati:nominec; christiano nihil habēt cū nostris cōmune. His mænibus captis:īuadūt scenas militū nr̄oꝝ:occupāt oīa:cædūt:capiūt ī prædā oīa uertūt. populātur mox & uastāt agros Teruisū penes. Quid deinceps dubitādū sit:qs ignorat. Nā futura æstate metuit hisce ptibus uæhemētius: Historiā habes:& eā q̄dē uerissimam:ut res acta est. Bene. Vale Ex Mediolano: viii. Idus Aprilis.

Historiæ narratiua Grauis.

h Istoriæ describēde gen⁹ utilissimū oībus:&(ut Cicero inqt) speculū nr̄e uitæ:prim⁹ oīum Pherecides Syrius adinuenit: id qđ plærīq; Hermodamāti ascribūt. Creophilo:qd ascribūt dixi. Imo dono dant: fuit enī inuētū ut oībus iucūdissimū:ita qdē uæhemētius necessariū. Nā ut exhistoriā multa sp discim⁹:q̄ ꝑdesse plurimū possint:sic sine hui⁹ lectione quos imitemur ī actiōe uitæ(ut Plato dicit)nō habem⁹ Egyptii uero sacerdotes idcirco dicūtur despexisse Græcie illo sapiētes qm̄ p diluuia plurima carerent historia:nec qcq̄ hac sine possent sapere. Homerū aūt scripsit Strabo eo ꝓstationē:qđ prim⁹ historiæ modū ēt poematis dederit Videtur ī historia quottidiani & priuati & publici uariaꝝ reꝝ multoꝝq; uiroꝝ appat⁹. Intelligūt cōsilioꝝ diuersitates. q̄litæ locoꝝ. & reꝝ & tēpoꝝ opportunitates:ut in Xenophōte. Herodoto. Thucidide. nr̄isq; oībus hæc singula possumus conspicari diligenterq; consyderare. at ut epistola non nihil ex historia narraretur primus est apud nostros Tullius:apud Græcos prosecutus: Demosthenes ille. Non parum hoc scribendi genus nostris hominibus attulit:dicit Eschines:quo superiorum temporum:nostrorumq; res gestæ memoriæ mandarentur:atq; tenerentur. Hinc ego factus sum aliquando ad p scribendas etiam epistolis historias. quibus & ingenii non exercerem:& nō nihil utilitatis afferem illis:qui meas lecturi forent epistolas. Quod quidē animi mei institutum:ut tecum non negligam:ecce historiam nostri temporis non uulgarem: Archimbaldus Gascon satis & ingenio acutus. & corpore fortis:& audacia pdit⁹:cū īter ligustīos multa patrasset fraudū genera:

& arces dolo cœpisset:& more crassatorum latrocinia commisisset: tandem dimisso Saliceto castello.quod sociis surripuerat:alteriq; uendiderat uili ꝑ cio:uenit ad Tauriscos ibiq; nō pauca scelera(nec minima qdē)sed & multa & atrocissima secutus est. Nō multo post capit̄ Pinaroli & in carcerē itruditur:publicoq; dānād⁹ iudicio laqueo expectat̄ suspēdi. Videt nescio quē rogatq; ad Ludouicū Sabbatiæ Ducē illū:hæc deferat:haud sibi molestam esse necē:q multis maximisq; sceleribus sibi ꝓcurasset:at piniqua se mētem ferre: qđ prius suspendatur q̄ ea Duci significet:q ad eius attinēt status idēnitatē:(cui si consulebat(accersiret ad se Archimbaldū:a quo auditurus eēt mirabilia. Misit dux ille bon⁹ atq; credulus argtenentes(quos Galli dicūt) satellites suos aliquot:a qbus ille nefarius uinctus tutoq; custoditus in Sabbatiā ueheret̄. Ita fit:cathenis alligatus equo uehitur satis debili nequo curreret fugā rapturus. In sabbatiā uenit. Ad ducē ductus nō prius se induit ꝑ palatuꝶ arcana:q̄ & Ducalis senatus totus interuenirer. Sciebat enī esse ī eo senatu ex iis aliquot:q Galloꝶ regis ꝑ id temporis. Caroli partibus fauerēt quē metuebat ille Dux maximopere. Cōuenere senatores. Queritur quid dicere ꝓmiserit Tunc sic ille Sinon:aut Sinone peior. Cū essem īpedemontio liber. non nulliq; pedites mecū agerent. Aloisius Bellares princeps Relianæ atq; Centalli:cui causa esset tutandi beneficii quod ad eius filiū deuoluebatur seruandæq; possessionis ecclesiasticæ:me uocat cum meis:qui ei uigiliæ custodiæq; pessemus. Hinc est mihi cum eo principe familiaritas maxima cōparata & iam tā assidua consuetudo ut aperuerit nobis sui pectoris secretissima. Is inquit Carolum regem iniustissimū esse:in Ludouicū filiū: & ea ꝓpter non multo post habiturum pessime:in quem fierent in uniuersa francia maximi apparatus:q̄uis occolti sommoquæ cum silētio. Adhæc autē sentire principem Relianæ Ludouici Delphinis intercessione cū Renato rege:Francisco que Sphortia Mediolani Duce:in diuidendo pedemōtio:ut pars Renato . Pars Insubrium duci traderetur:quorum mox auxiliis Ludouicus in patrem regem niteretur. Earum autem pactionū litteras horum singulorum principum esse penes. Aloisum ipsum bellarē in eius pluteolo.quod se latere non dixit reseraturumque reliqua ad hanc rem pertinētia ipsi Carolo regi:si opus foret. Non audet Dux Sabbatiæ(q̄uis huic nō adhibeat fidem)ulterius in hunc ꝓgredi:nisi prius huius omnia significet regi. Rex autem his acceptis:per litteras iubet:ad se continuo delatorem libertate donatum honorifice mitti. Absoluitur latro sœrico.auroq; ac equis donatur. Ad regem procedit. Idem replicat additq; si sibi ex Sabbatia fiat commissio:ea esse mente:ut principem Centalli capere audeat: captiuūq; in franciam cum litteris illis pactionibusq; apertissimis mittere. Impetrat quæ postulat.fingit.simulat.dissimulat. Centallum uenit quasi fugitiu⁹ ex Sabbatia:ubi hæc oīa clāculū trāsacta fūt:ī arcē admittit̄ī mo q̄si nolēs illo

u Nde id sceleris sit ortum admiramur. ut inter finitimas non nunq̃ urbes odia sint natiua quædam ut nihilo se plus amare possunt: q̃ si assiduæ insurgerent læsiones: assiduæ cædes: Habemus enim ante oculos Romanos cum pœnis: cum latinorum multis: cũ quibus & fines cõmunes forent: & interdum consanguinitates: in quos inferebant iniurias & semp bellis instabant crudelissimis. Hoc autem cum natura non patiatur: consuetudo non ferat: propinquitates non tolerent: ut Aurelius inquit: sola procedunt animorum uæhementia: qui superbissimi atqꝫ pacis impacientissimi aut alienæ fœlicitatis inuidissimi: atqꝫ multarũ rerum auidissimi semper aliquid cupiunt. Nos tamen solutis hisce tenebrarum uinclis: significamus oĩ hominum genere: cum Tauriscis ictum nobis fœdus ĩdelebile. Ex Mediolano. yii. calendas Maias.

Fœderis significatiua icti familiarissima.

c Vm Thauriscis nobis ictum fœdus omnibus significatum esse uolumus: hac epistola icti fœderis significatiua. Quid enĩ derius erat q̃ cum finitimis nostria. cum quibus cõmunibus assidue deuinciebamur affinitatum uinculis: semper gerere bellum. At id aliq̃diu: uel nostra negligẽtia: uel ipsorum incuria factum est: ut neqꝫ homines: nec deos ueriti nostris inseruiuerimus odiis: agros alternos depopulati: omneqꝫ discordiarum genus insecuti. Tandem in mentes rediuimus bonas: & publicum nobis est fædus ictum: diuinis auspicibus. ex Mediolano. yi. calendas Maias.

Icti fœderis significatiua Grauis.

n On fuit eius Themistoclis parua diligententia: qui ad frenandos iracundos & perturbatos animos iacerem fœdus istituerit. Quod uel induciarum uel perpetue pacis genus tam uoluit apud nostros Mamerco ille prudentissimus & bellandi peritissimus obseruari: q̃ quod diligentissime posset mentes instituere ad amiciciæ sempiternam uiam comparan-

dam. Quid enim homines ut soli sumus aut discordes: si pace non uiuim⁹ aut si cum bellandi causæ intercidunt: non esse: ullum fidei munus: quo nobis credere possimus. At fœdus a fœda porca dictum: quæ in medio decertantium posita: lapidibus solebat fœdari ac cædi: uerba hæc malis in obseruantes omnibus proclamabat: sic in eum obruatur qui fœdus hoc infringet. Fœdifragi deinde cum fidifragis comparati publicis odiis uindictisq; digni omni incõmodorum afficiebantur genere: in quos possent libere impuneq;. Ideo & propositis publicis præmiis tendere laqueo: atq; ultioni uiam omnem. Quamobrem in pœnos Romani fuere difficiliores: qui fœderibus quidem inter Africam & Sardiniam ictis non seruatis: nisi fuerũt omni persecutione dignissimi: & quorum deniq; urbs solo æquararetur. In Pyrrhum fuere mitiores: ac in omnis eos: quibus fœdera inuiolata promãsisset. Hoc tam præstanti munere concordiæ seruandæ nunc conuenimus nos & Thaurisci. cum quibus fuerant aliquot annos publica bella. Ne pluribus tandem molestiis & nostros & eorum clientes cruciaremur. pridie calendas Decembris iecimus apud. Verellum fœdus his uerbis una eademq; omnium uoce confirmatum. Si quis in hoc inter insubres atq; Pedemontanos audebit unq̃ uel recto uel indirecto quidem argumento quicq̃ anhelare: in eum & astra coniurent: & omnes Italie populi & licite illius rem ac uitam possit uel externus quilibet sibi quærere: iureq; uẽdicare. Significamus igitur singulis hæc christianorũ populis: ut si quando quicq̃ huic fœderis obseruantiæ minuetur: in minuentem omnes insurgant: arma capiant: eũ deleant. Quid enim iniquius aut perniciosius: q̃ simulatione dissimulatio neq; proposita: id non obseruare: quod ictum est fædere. Vt enim qui fidũt illis auspiciis: puri sunt atq; dei manibus educati: sic & deum ipsum ultorẽ habent: si falluntur. Quamobrem Agesilaus consultus de fœdifrago. quid esset demeritus cum captus foret: respondisse fertur omne crucis genus: cũ id existimaret omnium scelerum impientissimum & ei amplius adhiberi fides nequiret. qui fœdus uiolasset. Fœderis igitur sit significati obseruãtia sincera & immutabilis: quæ apud omnes semper fuit sanctissima: ut si qua fides inter eos reperitur: qui fuerint hostes: hæc sit maxima & certissima q̃ & homines & deos aduocat testes: & hominum pariter & deorũ custodiam uocat: quam sumus nos quidem perpetuam immutabilemq; seruaturi. Ex Mediolano. vi. calendas Maias.

Sinonima icti fœderis significatiua.

Iecimus cum Thauriscis fœdus.
Posita est nobis in medium & cæsa: fœdere porca.
Inuiolabile nobis firmatum est fœdus.
Nihil minus sumus unq̃ hoc fœdere uiolaturi.
Sit hæc epistola icti inter nos fœderis significatiua.

Cupimus inter nos foedus cunctis aperiri:
Vt omnes sciant istum hoc inter nos foedus: facite.
Firmauimus perpetuam pacem publico inter nos icto foedere.
Erimus (ut odino) in fœdere: quod iecimus tenendo immortales
In obseruando foedere (quod iecimus) æternos fore nos spero.
Qui cēsent nos ocius a foedere: qđ iecim⁹: defuturos: falletur uæhemētius
Nihil est: quod magis apepetam: q̄ omnibus significari nobis hoc initium fuisse foedus.
In omnes hoc ictum inter nos foedu facide gentes significari.
Estote in significādo hoc inter nos icto foedere cūctis populis diligētissimi

Titulus..liiii.

Triumphi & expositiua familiaris.

I Nnulla lætitia gestiendum inquit Fabius. Itaq; nolim gestire forte uideri cuiq̄ in hoc nouo mei triumphi festo: ne aut a ueterū institutis censear discordare. aut eorum lætari calamitate qui sunt in prædā uersi. At ut humanissimum illud est. ita quidem in humanum: gloriæ non esse participem illum: qui longa difficultate: summisq; laboribus triumphauit. Vt enim quisquæ fer patienter plurima. ita patientiam non nescit eam esse rerum durissimarum tollerantiam: cui sperat uoluptatem optatorum successuram. Itaq; cum expugnauerimus. Taurischos: nec sine nostrorum hominuu cæde non uulgari: tandem uictores: urbe Taurino capta principibus urbis uinctis: populo seruato triumphante. huc rediuimus. Ex Mediolano y. calendas Maias.

Triumphi expositiua familiarissima:

c Vm triumpho demum ex tauriscis rediuimus quos non paruis laboribus. sine summaq; difficultate superauius: Sūt uiri bellaces multum: at partinaces nimium: qui uel imbelles ac imperitissimi militandi: cū capiebatur: cædi mallent: q̄ cedere. Superauius eos in prælio sæpe. Vrbes aliquot cepimus nec a militum furore potuimus uiolentiam cohibere: ne ī præda uerterentur Hortati sæpe sumus: ut cederent Superstites fiebant assidue ferociores: Deniq; uniuersis urbibus domitis: ex singulis nobiscum ducimus primates aliquot secutos triumphū. Ex Mediolāo. iiii. calen. Maias.

Trtumphl expositiua Grauis.

Quam bene & sancte instituit Ninus Asyriorum ille rex fortissimus Semiramidis uir: ut post uictoriam triumpharetur. Is enim quæ uera uictoria foret es primimus expertus omnium qui finitimos expugnauit: regnandi cupiditate ductus: superauit. duxitq; captiuos. Sed eam certæ dixit Herodoctus uictoriam esse debere: ex qua triumphari possit: in qua & milites uicti sint & imperator: aut rex bello captus & urbes: superatæ: ut captiui possint triumphantem sequi & ex domitis signa refeaantur & præde: Sic Sci-

piones legimus triũphasse.sic Marcellũ:sic Fabiũ:sic Mariũ.Munus est aũt
hoc gloriæ nõ mediocris:ut q tot discriminibus in præliãdo uitã subdidit:
tot laboribus:ac angustiis die noctuq; cõsulẽdo.regendo ducendo subactus
est.multifariãq; conquassatus:is tantos post labores hãc laudẽ.hæc clarissi-
ma laudis signa cõsecutus:& ipse fiat in tales euentus promptior & ceteros
alliciat patissimos.Spes.n.uictoriæ militẽ bonũ facit.ut inqt Homerus.at
spes triũphi pstare cogit imperatorẽ:q in se sunt oĩa sũma.Recte apd Græ
cos Apollinis Pythii iussu statuæ triũphãtibus aureæ cõstituebant q in ei⁹
sitæ tẽplo declarabãt:eos quoq; exprimebat noĩa:debere plurimũ apd oẽs
Græcos honorari.Inde aũt apud Romanos antiquissima fuit statuarũ ad
arcus triũphales(qui sic a triũphantium statuis dictæ sunt)collocandarum
gloria unde cognosci posset:qui clarius militiæ suæ munus edicto publico
retulisset.Quãobrẽ Iuuenalis Satyrus cũ doleret in id clamitatis peruentũ
esse:ut in illas statuas eorum conuenirẽt effigies quibus nulla fuerat gloria
militaris:in Crispinũ inquit.Inter quas ausus habere nescio qs titulos ægy
ptius aut arabarces:cuius ad effigiem non tantũ meiere fas est.Quid enim
fœdius:q̃ quibus debent(ut dicit Vegetius)diuina munera:in eorum cœtũ
conferre malos:aut ĩmeritos.At ut ad me tandẽ ueniam:& uobis o proce-
rẽs mei exprimam rem haud iniucundã:& si nequiui esse in patria cum glo
ria:sum tamen apud exteros cum dignitate:quod uobis uniuersæq; nostræ
patriæ non debet.non lætum esse.Nunc ubi gessissem in Tauriscos bellũ:
& annos circiter duos aliquot eoq; urbibus obsidendis uersatus forem:tan
dem oĩa superaui:& quod pauci admodum siue solent:siue possunt frænati
me in uictoria supra modũ ac meorum coercui mentes militũ.Qui enim
qm̃ iamdudũ nõ hi seruassent defatigatiq; miq; cũ suis famulis armigerisq;
fuissent amissa iam maxima & equoq; & sarcinarum parte uæhemẽtius ira
ti ac infensi seruabant insectabanturq; Tauriscos erat difficile phibere illis
in uictoria prædam.sed prohibui uetuiq; ne quid uiolentiæ uel in fœmi-
nas sit illatũ uel in domos.Præter eos.qui primo impetu dimicantes cæsi
sunt nulli deinceps uel cæsi sunt uel minima quidẽ iniuria lacessiti.Qui ꝙ
ex illis ad me sunt adducti non nulli:q multis in me conuiciis abusi fuerant
prius q̃ uincerem.Arbitrabantur & cæteri omnes & illi se nihil nisi frustra
me pro uita sua precaturos.Cœperunt apud me flere ueniamq; precari ca-
lamitatẽ suã exprimere.minimã implorare.Non modo peperci singulis.
sed nequiui nõ conlachrymare humanã cõsiderans conditionẽ.ut qui pau
lo ante tam acres & in loquendo erant.& in agendo.nunc tam demissa &
uoce & mente supplicarent.nequiuiq; non laudare maximopere Cæsarẽ cũ
in oĩ uita tum ubi fleuit.Pompeii uiso capite obtruncato.nec illis assentior
qui rem simulasse dicãt sed humanã uiuendi gerendarumq; rerum legem
ac sortem animaduertisse duco quos in maximis triumphis mauime inter

dum ærumnæ sequerent̃ & opprimerent. Sic cogitans plurimos libertate. oẽs donaui uita. multis etiã rem oẽm quæ in militum deuenerat manũ. reddi iussi tantũdem aliũde illis decernẽs. ne me uiolentẽ esse dicerent. Demũ paccatis omnibus prouinciæq; custodibus deputatis. constitutaq; ueteranorum diuersis in urbibus deuictis turba dies triumpho dictus est quo me reciperet rex ille. cuius sum in id belli decretus imperator. Renui triumpho. quãtum potui. ne aut gloriæ uiderer cupidus aut si eũ malibat rex ipse. ducerer eius opinioni uelle refragari. Nisi rex clarissimus suos oratores. a quibus non secus honorarer ac ipse foret. si adesset. Designatus est locus unde ĩ urbem uæherer quadrigis equis albis. candida reda cãdido inductus uestimento særico & corona laurea insignitus cuius quidem præcederent illi redam quos magno loco natos uel donassem uel donare libertate constituissem. sequerẽtur aut illi uincti quos essem captiuos habiturus. In urbis ĩgressu carmen rerum a me gestarum cecinit Pandiocles poeta principis: qui iure ac merito posset cũ ueteribus conuenire nec cuiq̃ post Maronem atq; Nasonem cedere. Tam fuit enim & cultum & elaboratum industria illius poema in meas ꝓfusius laudes: ut nequierim: nõ admirari: diebus nostris tantũ poeta uideri posse. Nõ multo post orator regius in platea orationem mihi procedenti recitauit qua & nomine regio & totius prouinciæ illius dicebãtur institutæ: qui tantam uictoriam illis comparassem. Mox in sacrum deueni publicæq; sunt tibi festiuæq; supplicatiões pro me factæ: inde domũ meam reuectus cum oĩum plausu dimissus sum. Nolui hæc uos ciues meos ignorare: quorum opus sum: cum mea gloria uestra sit. Ex Mediolano .iii. calendas Maias.

Sinonima triumphi expositiua.

Marcus est triumphum assecutus.

Post egregiãm uictoriæ laudem triumphauit.

Hoc sibi deerat laudis: ut triumpho potiretur quo nunc est insignitus.

Magna fuit eius in triumphando gloria.

Cũ oĩa inuictissime hic gesserit: triumpho demũ dignus est effectus.

Nec uictoria huic defuit singularis. nec triumphus uictoria dignus.

Triumpho iam illustratus quid maius atq; nobilius in uita quærat.

Quod præmium sumis laboribus uix sunt pauci consecuti: triumphũ hic tandem assecutus est.

Potest hic demũ inter triumphales describi cum iam triumpharit.

Eam est triũphi gloriam sua uirtute nactus: ut cupere debeat nihil maius.

Triũphauit hic: quod ei nõ fortuna. sed ĩnumerabiles sui labores ꝓstiterũt.

Tanto hic semp & ingenii fuit acumine: & militaris peritiæ studio: ut nũc deniq; triumpharit.

Gaudendum est suæ patriæ: quod tam digne Marcus triumphauit.

Titulus.lvi

Inhibitiua familiaris.

o OFficium nostrorum hoc a tuo differt: ut ego prouinciae praeses. tu praetor urbanus sis ego tibi possim inhibere: si quid inique uideam uel agere: uel attemptare. Tu cogaris obedire. Id enim iuris Labeonē instituisse describunt: ne minoribus ad inique iudicandū magistrastibus pateret aditus. Nōnunquā corruptelis id fieret. Aliquādo amicorum praecibus. Nūc autem eorum imperitia: qui iudicant. Nolunt enim semp iniqui esse: sed errore inducunt: ut peccent: Tulisti tu quidē in Laelium sententiā interlocutus: te iudicem eius esse: competereque tibi aduersus eū iudicare. Is autem: qui sibi scit īmunitatem a principe factam: ut eius omnis causa immeditate ad prouinciae praesidem deueniret: isque solus iudex huius competens diceretur: appellauit scripto: nosque addiit: cum abs te impetrare non posset: postulans ut inhiberemus: quod & inhibemus: ut post appositam appellationē sub gratia nostra nil innoues. Ex Mediolano pridie calēdas Maias.

Inhibitiua familiarissima.

c CVm tete ingeras in iis rebus: quae ad te minime pertinent: inhibemus omnino tibi: ne posthac rem nostram ullam istic geras: quam si geres: tuo periculo nostro uero cōmodo ac lucro gestam ītelliges. Quid tam es audax ac temerarius: ut cum intelligas nolle nos tuam administrationem in causis nostris ac rebus interuenire: non desistat. Vniuersis autem praediorum nostrorum uillicis inhibemus: ne quid tibi obtemperent. si nolint id omne in eos conuerti malignitatis: q tibi obtemperauerin. Scimus enim q uersutus sis: quamque multa sūmo nostro gesseris detrimēto. Rem habes. Abstine. Ex Mediolano calendis Maiis.

Inhibitiua Grauis.

n NIsi uirgilianū illud ī multos suarum rerum dn̄os cōueniret. Qui premere & laxas sciret dare iussus habenas pessime fierent a plurimis pluria nec possent deinceps repari. Mittunt a regibus legati q praeuaricatōe corrupte lisque pellecti cōmittūt in dn̄os scelera. decernunt a ciuibus procuratores qui sentiūt īterdū cū aduersariis. perficiunt multis causis multi q errant peccantque uaehemētius. a qbus oīs abē īnocētia. oīs grauitas oīs fides. Eos castigari iussit. Solon de re male tractata: sed interim ne deterius gererent. inhiberi. ne quid ulterius conficerent. Hic apud Athenienses & romanos nōnulli sunt malae administratae reipublicae dānati: ut alciabyades: cyrsillus diocles Cicero. Scipio furius: & nihilominus inhibita iis imperia. inhibiti magistratus. Id ut alias ita nūc apud nostros obseruat. edicto publico nequid audeat quisq̄ exercere officii: in quo cōtaminatus esse: suspectus sit. Quāobrem & Paulus iuriscōsultus inhibitorias instituit litteras: qbus ulterius progredi nōnullis inhiberetur: qui male alios & inique causas agerent. Nec id quidem

iniuria. Nā ſi locus eiuſmodi reparātioni nō foret: facillime longiores ma
giſtrat⁹ multa peccarēt. Nā ut ait Lactātius: ꝑpoſita nō unqnā impunitate
qui & magni eſſent: & neminē uererent: multa cōmitterent. Quāobrē illđ
recitat̄ Naſicæ Scipionis: q deleta Carthagine: ſuperataq; Græcia: nūc īqt
nobis uæhemēter eſſe metuendū arbitror: ne fiamus inſolētes: cū neq; qus
timeamus habem⁹: nec quos erubeſcam⁹. Quid aūt & malos: ut Teophra
ſto placuit: magis arcerta peccādo: & bonos: ut attētius bene uiuant. cogit:
q̄ cū intelligant: paratos eſſe cenſores: a qbus plecti queāt. Cū igit̄ hiſce die
bus tu prætor urbane ſnīam interlocutus ſis: q̄ qdē Læliū eſſe torquēdū cē-
ſueris. qm̄ accuſatus eſſet paricidii: nec eū reclamantē audiueris appellantē
q; nō admiſeris dicēs: apoſtolos illi te Grægorianos datuꝝ nec modo græ
gorianos dederis in ſoleas eū coniiciens atq; cōpedes ſed etiā Neronianos
q eū acerbiſſimo cruciatu quæſtionaris: ſumus admirati tuam hanc temeri-
tatē: ut neq; nos ſis ueritus: nec ius ipſum Sciebas aūt eē nobis tui caſtigan-
di facultatē. Quod ſi poſſe te id efficere cogitabas: cū id obſeruare interdū
liceat: ne appeliatiōis officio iuris tollat̄ executio. ſuccedebat quod animad
uerteres: illud Terentii: ſummū ius ſumma iniuria eſt. Tandem ne deiceps
hūc dilaceres: ſi dilacerandus nō eſt aut ubi plectēdus ſit ne nos ꝑuifacias: q
bus minime deferas inhibitiuis hiſce litteris tibi ꝓcipim⁹: ne quid poſthac
appellatione pendente innoues in Lælium: ni malis indignationē experi-
ri noſtrā qnimo ad nos cōtinuo cum Lælio mittas omnis ea in cauſa ꝓceſ-
ſus cū iis: quæ ab illis pendent & emergūt & iis connexa ſunt ut qd rite iudi
caturi ſimus: q̄q; tu recte iudicaris: intelligamus. Rurſus in eos ſoles impe-
rium exercere q maieſtatem ledunt: cum iampridē cōmiſerimus tibi: ne qd
eiuſmodi iudices: quod crimen ad maius auditoriū atq; tribunal pertinet.
Verum & remanerent impunita delicta: lcdentē maieſtatē in ſeditione pu-
blica uel cruento facinore: aut qui læſiſſe accuſaretur. abs te captus ad nos re
mitteretur uigiliū diligentiſſime cuſtoditus manu. Tu uero captiuos eiuſ-
cemodi criminoſos aut cōtinuo cædis aut abſoluis aut clāculum ea tractas
ut a nobis cognoſci nō poſſint: nulla (ut cēſendū eſt) alia de cauſa. niſi ut: cō
cutias & corruptelis delinitus demolituſq; potius tuo lucro: q̄ publice cōſu-
las dignitati. Quāobrē hoc tibi quoq; īhibemus: ne quolibet læſam cogno
ſcas maieſtatē: aut publicā ſeditionē aut cruentā factionem: aut conuenticu
las: aut raxā & manipoliū: ne & magriſtratu priueris: & omni re tua. Ex Me
diolano. vi. Nonas Maias.

Sinonima inhibitiua.

Fac in hanc te in cauſam deinceps intromittas.
Ab hoc iudicio poſthac omnino ceſſa.
Inhibeo tibi omnem hanc cauſam.
Nihil auſis deinde Lælium attemptare.

Nolumus licere tibi posthac quicq̃ in eum:
Auferimus hac inhibitione tibi omnem in eum facultatem.
Inhibita sit tuo magistratui deinde omnis opera in eam rem:
Abs te surrepta sit omnis hac in causa uis maiestatis.
Nullum deinceps sit tibi in Lælium robur.
Vires officio tuo hac inhibitione cædimus.
Volumus uacare te penitus huius causæ cura.
Substulimus tuo tribunali causam hanc omnem:
Est tibi nihil agendum inhibentibus nobis in Lælium.
Aliis adhibe curam: hanc inhibemus tibi.
Nolumus sis posthac in Lælium curiosus.
Causa omnis lælii nostro iussu tibi est abrepta.
Lælius in tuis non erit deinceps manibus.
Non molestius sis amplius Lælio cuius causam nobis reuersamus:
Inhibemus hac epistola oĩno tibi: ne qd audeas in Læliũ aĩaduertere:

Titulus.lvi.

Legis enunciatiua familiaris:

f Rustra leges a pricipib⁹ diceret (ut Mercurius istituit Trismegest⁹ nisi suis enũciaret & populis & iudicib⁹: ut qd obseruãdũ esse: aut a qbus abstinẽdũ itelligi posset. Nã Atheniẽses nõnũq̃ Ephoros lacedemonioꝝ irridebãt: q leges dicerẽt suis: easq; ĩ archiuũ cõferẽdus dicerẽt: q̃si cunctis ĩnotescerẽt: q̃ ĩ Archiuũ cõferrẽt. Ego uero secus cẽseo faciẽdũ: seruãdũq; potius Romanoꝝ edictũ ut nulla lege posset hõ plecti: q̃ nõ esset enũciata. Statuim⁹ igit̃ hoc tpe legẽ: ut nullus frumẽtũ ex nr̃o regno ĩ aliud trãfferat: ni malit nos ĩdignatos sua experiri pœna. Id.n. iccirco ĩdiximus pœne: ut abstinerẽt: q solebãt ĩ sũma regiõis nr̃æ caritudine maiorẽ ĩnopiã facere Sũt.n. aliquot: q abũdãt ãnona: cũq; p̃tiũ eius ĩtelligãt hac tẽpestate sũmũ: nõ aĩaduertũt: qd ĩ patriã detrimẽti cõferãt: ubi alio misso grão. necessitas suos urgeat. At nos eos uel tenere sua iubem⁹: uel nr̃is uenũdare: a qbus si ñ idẽ tradit̃ p̃tii: ñ iniq̃ ferãt mẽte auarissimi oĩum: & suoꝝ cõciuiũ ac p̃ximorũ inimici: ac ĩsupos ĩgratissimi: a qbus cũ acceperint bñficiũ ĩ legẽdis pluribus: q̃ cæteri soleãt: abutũtur munere: ĩdigni qdẽ qbus munera dimittũtur: Lex igit̃ hac epistola enũciat̃ uobis singulis sebditis nostris ac terraꝝ nr̃aꝝ ĩcolis. acolis atq; aduenis ne qd posthac temere p̃sumatis frumẽti uel exportare: uel exportãdũ alio uenũdare sub nostræ ĩdiguatiõis pœna. Ferremus enĩ tã grruiter: ut grauius nihil eẽ qret. Ex Mediolano. v. nonas Maias.

legis enũciatiua familiarissima.

e Nũciam⁹ hac epistola publica uobis legẽ: q̃ edidim⁹: ĩdictãq; uolumus nostris oĩbus: ut nemo sese ĩ Galliã: aut mercãdi cã cõferat: aut q̃uis occasiõe inuẽta: uel cã: ne ĩcurat & rei q̃ secũ deferat p̃ditionẽ: & qdru-



pli solutionē. Nec q ñ obediuerit: qcq̄ expectet a nobis grãe. Quid. n. ĩeptī
us ē ĩ pricipe: q̄ si eoꝝ misereat̃ a qb⁹ cõtẽnit̃. Causas ãt huius legis: & mul
tas & æq̃ssimas fuisse: oēs existimet. Nihil solem⁹ ꝑperã meditari: ꝑsertim
in Gallos: cũ qbus sumus nedũ antiq̃ familiaritate coniũctissimi. eoꝝ ẽt affi-
nitate deuĩcti. Sed ita nũc op⁹ ē facto: ut aliqñ nos oĩo ñ negligãt & arbitrẽ
tur posse nr̃os sine illoꝝ uiuere nũdinis: ex qb⁹ oẽm totius orbis thesauꝝ ꝑ
dire iactãt. Occurrũt & alia: q̄ nesciũt: qb⁹ satis ē obedire. Ex Mediolão. iiii.
nonas Maias.

Legis enunciatiua Grauis.

n On iniuria Cecrops Athenaꝝ ĩstaurator ĩstituit: qđ a Solone ñ mõ
mutatũ ñ ẽ: at poti⁹ cõfirmatũ: ut singulis urbibus atq; pricipib⁹ fas
eẽt: sibi suisq; legẽ dicere: ĩtaq; id ĩ cũctos licere populos lege publi-
ca sancitũ a Iustiniano legim⁹: & a Theodosio cõprobatũ & prius ĩuentũ.
Nã ut urbes q̄q; ac prĩcipes alias hñt natiões: atq; causas: sic eis leges submi-
nistrãt. Itaq; ĩ ægypto siluas cædi nefas ẽ: in Liburnis ac Epyro: ubi robora
Ioui sacrata eẽ dicunt̃: sed publicã: nõ cædi siluas: ē nefas. Græcas mulieres
ad Circũ saltare: ñ dedecuit. At latinas saltare: dedecet. Regibus ob raritatẽ
quõdã dabat̃ purpura: nec multo ante ĩpatoribus Thraciæ: nũc oẽs ea in
dui possunt: Alicubi uineta sunt rarissima: ibi pœna multant̃ q in uineas ꝑ
deunt. At in Creta. naxo. Chio. Cãpania. Lyguria sunt fertilissima & pluri
ma. hæc neq; exigit̃ nec indicit̃ pœna. Recte igit̃ uoluit legis ferendæ mi-
nistrũ Sceuola: diligẽtius cõsiderare: abrogaret ne lex: aut derogaret: rursus
q; inhiberet: an licentiã daret: atq; iteꝝ permitteret ne: aut uetaret: & id oẽ
aut aliud ad tp̃s: an semp: cũ hisce uiis pararent̃ legũ ferendaꝝ rõnes: aludq;
ex alio iustũ ac honestũ nasceret̃. nã Mutius legẽ statuit: ut uinum mulier si
qua biberet: uestalis esse sacerdos nõ posset turpiterq; nobili nuberet. Id in
hũc usq; diẽ legis uim habet: ut romanæ mulieri uino uti turpe sit. Semper
igit̃ obseruãdũ institutũ est: qm̃ cõducebat pudiciciæ: atq; modestiæ. Virgi
neus decreuit: ne mulier in tẽplũ iret nuda caput: nisi tegeret̃ undiq;: ne cui
uisa placeret. Id hodie nõ obseruat̃: uel peioribus fortasse tp̃ibus: uel mori-
bus hæc nõ admittẽtibus. Leges ergo seruiũt & causis: & tp̃ibus: & sunt ferẽ
dæ nõ sine causa: sed nõnõq̄ ignota pluribus causa: Vanum: n. esset uocare
uel minimos quosq;: ubi lex ferẽda foret: q aut causas audirẽt: aut assentirẽt:
Vt. n. uulgus est ĩeptũ in contrarias sæpenumero sñias traherẽt. Vbi uero
multitudo foret dominantiũ: in illud incideret̃ Lycurgi: cũ declarauit quare
plures Dominos lacedemoniis nõ decreuisset. nũc aũt & nos tulimus duas
leges: quas exposuimus populis: ut obseruent: aliam decimariã (ut uectigal
Decimaꝝ quod nostris maiorib⁹ iãdudũ tradi cõsueuerat: nescimus q̄ incu
ria uel ægestare tp̃oꝝ desuetũ) in usum redeat: aliã Salis: ut idẽ in Sale uecti
gal expẽdat̃: quod iã annũ centesimũ circiter solebat. Si qs. n. admiret̃: reuo
are nos hasce tã obsoletas ieges: & populo odiosas: aut tacitus conquiescat:

etiã rõne nõ audita:aut humanitate nr̃a funct⁹ hãc hẽat rõne:p id tp̃is hãs fuisse uectigaliũ abrogatas leges quo necessitas urgebat & metus. nã i'uehæmẽtissima primũ pestilẽtiæ ui:annũ centesimũ circiter exactũ tãta fuit turbæ paucitas:ut Salis tradẽdi cõditioue opus fuerit:icidere:ac expectare: ut populi cresceret qb⁹. Sal traderet:ñ qa ñ eẽnt supstitib⁹ illis opes qb⁹ uectigal ad se ptinẽs traderet. Sed qa nos i cõducẽda tãta paruitate. Salis amitteremus poti⁹ ex pcio:q̃ lucraremur. Nũc ãt i pristinã redeũtes cõpttionẽ. Salis a nobis nostrisq; uectigalib⁹ emẽdi ꝝ pciũ & pœnã illã iducim⁹:& legẽ eã dẽ:q̃ i Archiuo ẽ iueta nr̃o:reuocatã i usũ:anuciem⁹. Decimaꝝ ãt legẽ p id tp̃is obſuari desiisse scim⁹:quo finitimi nob̃ bellũ cõminati multos ex nr̃is habuere cõsentãeos. Quãobrẽ & nos iualidi ac minores natu:& metuẽtes ne qd seditiõis obesset:tolerauim⁹ q̃ populi uoluerũt:q̃q̃uniq; i nr̃os redit⁹ pristinãq; suitutẽ:uiolẽterq; cõstituta. Nũc ãt reuocam⁹ ea legẽ i usum uetere. enũciamusq; oĩbus reuocatã:hortamurq; ne qs obseruator nos irritet cogatq; reuidere q̃tũ simus hactenus passi detrimẽti:uobis qd debebatis:ñ soluẽtibus. leges ergo:q̃s reuocatas inouatasq; uobis enũciamus:obseruare ne pœnã grauissimã incurratis. Ex Mediolano:iii. Nonas Maias.

Sinonima legis enũciatiua.

Legem hanc a nobis latam esse:uobis enunciamus.
Abrogasse nos hanc legem significamus.
Scitote nos ei legi derogasse.
Non est amplius ea lege(nostro iussu)abutendum.
Reddimus uos ea de lege certiores:
Ne uos lateat:hanc nos legem.
Cupimus a uobis intelligi:eam nos legem decreuisse.
Quæ lex fuit hactenus obsoleta de decimis:in usum reuocata nũc est.
Legem Salis olim iacentẽ nũc e somno surrexisse uobis enunciamus.
Ne abutimini posthac ea lege.
Rediit ea lex in uim pristinam.
Facio uos cõmonitos. meo iussu locum esse legi agrariæ.
Reddidimus legi Iuliæ suas uires.
In suum antiquissimum robur illud reuocauimus legem Corneliam.
Non est dubitandum de sicariis:quia lex est a nobis in eos facta:
Quid noua nr̃a lege decreuerimus:uobis enũciamus:

Titulus. lvii.

Leticiæ nouæ nuncia familiaris.

q Vam mihi uita hoc rpe iucunda sit:hæc epistola nouæ leticiæ nũcia tibi significabit. Sum.n.illo Plutarchi ductus ad scribendũ hoc quoq; cum ait uoluptatẽ amicis significatam amicoꝝ perinde:ac ppriã eẽ. Quo.n.a me differs alio:q̃ corpe. Aĩo sum⁹ ambo qdẽ uno. Itaq; qd mihi

lætũ est: letũ esse tibi pariter: nõ dubito. Nõ uidet igit alienũ a rõne: si te ꝑti cipẽ facio rei tuæ. Sumãt in hac urbe plurimũ honoratus: a principe maximopere: q nõ solũ ꝓsum monasterio: qđ ingenii acrimonia: & ĩcõcussa mẽte: & sũma prudẽtia: opus ẽ gubernare: sed ĩ multis exerceor maxĩsq; rebus in cõnubiis trãsigẽdis: discordiis plurimorꝫ sedãdis: amicorꝫ aĩs recõcilian dis: cõponẽdisq; causis interdũ difficillimis qbus & si uiro longe præstãtio re foret necesse: suppedito: tamẽ tm̃ industriæ: ut nequeã nõ gloriã reporta re plusq̃ optatã. Id ego tñ diuine tribuo benignitati: quæ multo largit seri⁹ plura: q̃ sint ꝓmeriti: eo magis eos ad uirtutes: pietatẽ. æqtatẽ. caritatẽq; inuitãs. Ad hæc ãt sum ad finitimas pplures inuitatus ꝓdicatiões: nõ q mere ar eẽ tã attẽte uocatus: q̃si aut sanctus sim morib⁹ ac uita au ingenio doctri naq; maxĩus a disertissimus. sed eadẽ ut opinor diuina largitiõe q̃ ut plura in me cõfert: eo me uocat ĩ grãdiorẽ sui numinis curam. Hæc sũmatim ha bes: intelligisq; q̃ lætus sim: & q̃ te qui me amas oporteat lætũ esse. Ex Mediolano pridie nonas Maias.

Læticiæ nouæ nuncia familiarissima.

t Am sum hoc tpe lætus mi frater: ut plane gestiã. Rediit. n. ex Syria pater meus ditissimus. Possũq; posthac ñ angi: ut solebã futurã uite cõditionẽ meditatus. Nã ut nõ te latet: qb⁹ nõ ẽ ĩ hoc orbe sũmũ æs: ii mussitãt: diuites læti sũt. Dices ĩ nirtute diuitias scitas eẽ. Nec id qdẽ ĩfieior. sed ut Iuuenalis ĩqt: haud faeile emergũt quorꝫ uirtutib⁹ obstat res angusta domi. Crede mihi (quod apđ Nasonẽ legit) miseros prudẽtia pria relinqt: & sensus cũ re: cõsiliũq; uenit. Læticiæ nouæ sit igit hæc epistola sed familiarissima nũcia: cuius & te participẽ esse uelim: quẽ amare adeo me scio ut oĩa mea sint tibi cõmunissima. Ex Mediolano nonis Maiis.

Læticiæ nouæ nuncia Grauis.

q Vi primi oĩum læticias hoĩum mẽtibus instituerũt: eos (ut Hesiodus docet) supos fuisse cẽseo. Nã mœrorẽ certe. lachrymas. labores langorẽ: & reliqs aĩ ꝑturbatões recte poete noctis & Erebi filias declararũt Eumenidasq; ultrices ab inferis ꝓdire: q̃ ñ sinãt iniucũdos cõqescere: at delectatiões a cælitibus traditas: & charites a diis ꝓcreatas ñ iniuria descripsere Nã q̃ mẽs ingeta nel ꝑturbata qcq̃ põt uel recte indicare uel ñ potius errore ad iudicãdũ ĩduci. Vt. n. Aristotele teste temeritas obest cõsilio: sic rõni perturbatio. Quo fit: ut neq; afflictus possit ñ temere iudicare: necñ ꝑturbate. At deus optĩus cũ mercedẽ uoluit rite sibi obtẽpantib⁹ polliceri. Gaudete ĩqt: & exultate: qm̃ merces ũra copiosa ẽ ĩ celo. Gaudẽt & letent angeli assistẽtes supis affligunt & torquẽt Demões mali dãnati apđ ĩferos. Læticia q̃ nos accepit noua: ẽ tibi nũciãda: ut cognoscas: q̃ me de⁹ foueat. Vbi legebã ĩter nr̃os quottidiana illa philosophica: & theologica: q nr̃a eẽ nõ nescis: uenit qdã furiosior poti⁹: q̃ sapiẽtior: sed neq; rudis: neq; ñ disert⁹ q uoluit me tẽptare: rogauitq; qd existimarẽ eẽ Angelũ: bonũ respõdi nũciũ. At ipe: ma

le inqt accipis. Nā si āgelus bonū p se nūciū significaret. frustra dicti sūt. euā gelistæ boni nūciatores: aut euāgeliū bona nūciatio: cū Eu. apd Græcos idē sit: qd apud nos bene: uñ & Eucaristia bōa grā. Huic ego: dic mihi bone uir q̄uis id ēt ꝓprietas uocabuli nō sonet posset sonare uocabulū re ipsa Negā te illo. Sic ego. Inuētus dū saluator ī medio doctoꝝ in tēplo rñdēs & īterro gās illos. Ad doctores oēs ītelligimus q docēt: quo qdē uocabulo & ii dici pñt q Præsūt lrartis laudis. Vñ id poti⁹ cōcēdū ē eē de Theologis doctori- b⁹: q̄ de reliquis dictū. Prupterea inqt: qꝫ dei filius nō nisi de diuinis cōcēd⁹ ē solit⁹ cōmētari: At & homo xp̄s erat: & inter hoīes uersabat̄: & tūc admo- dū erat puer: cur nō sic de hūanis: ut de diuinis. Q m̄ qd erat in tēplo: cū do ctoribus: id significat. cū alio loco dixerit. Domus mea domus oratiōis est Huc ego te domū pduxi. quo uolebā: ut fatere uocabulū illud uniuersale ad oēs doctores: ad eos hic restringi solos: q de diuinis rogabāt: atqꝫ respon debāt: pcipue cū Iesus ad matrē dixerit. Nescitis in iis eē me oportere: quæ patris mei sunt. Angelus igit̄ & si nō bonū potius nūciū. q̄ nūciū absolute si gnificet: cū tñ diuinus sciatur nūcius esse: bonus intelligi debet nūcius: Q d āt Euāgeliū dictū ē: ad excellētiā diuini uerbi dictū est. Obstupuit ille tā dis tus (ut dicitur) Græcus uocabulorū interpræs: nec ausus est obiicere quicq̄ aliud me sibi satisfecisse perpulcre dicens. Id & si non ē læticiæ maxime mu n⁹ p se: nūc tñ sūma me affecit uolputate. cū uidi nōnulli existīarent: neqre me qq̄ aduers⁹ illi⁹ dicta reñdere: Lætitia igit̄ hæc fuit hoc maior. quo cæsi sūt liuore tincti q̄ cū tibi amicissimo cōem esse sciā: quē unice amo: & a quo amari plurimum opinor: ad te scripsi: ut non minus tua sit uoluptas hæc: q̄ mea. Ex Mediolano. viii. Idus Maii.

Sinonima læticiæ nouæ nunciatiua.

Magna me tui fratris uiuendi lætitia cepit:
Haud facile dixero: q̄ lætus nūc sim:
Hæc uoluptas in me maxima quidem est:
Nihil hoc tempore iucundus esse mihi potuisset:
Affectus sum tuo filio uiso: tanto gaudio: ut maius ullum esse nequeat:
Læticia est hac in re mihi maxima.
Tam lætus sū hoc tuo munere: ut amplius esse nō posse unq̄ opinor.
Nō existimabā unq̄ ad me tantam ulla pro re læticiam peruenturam
Quid est cur lætius uiuere queam: q̄ nunc uiuam.
Fuisti in me lætificando propensissimus.
Ego tā lætus sū hisce tuis acceptis lr̄is: ut lætiorē eē me posse nō ducam.
Hoc gaudiū commune tibi esse uolo: quod maxime me lætificat.
Cura ut tam lætum me semper efficias: q̄ nunc effecisti.
Debebam tibi plurima: sed quod me adeo nunc lætum effeceris. debeo de dicoqꝫ me totum:

Titulus.lviii.
De filio principi nato lætificatiua familiaris.

T si multa sunt argumena q̄bus omnis fortuna nostri prĩcipis nos
debeat plurimũ oblectare:tũ hoc in primis:cũ filius natus ē ei. Tũc
enĩ intelligimus nos esse diutius sine cura in pace: qeteq; nr̄a facturos nego
cia:& oĩ molestia uacaturos.Nam ut Homerus ait.cui principi.nõ est fili⁹
is perinde ac priuatus populis uir.At ut Euripedes dixit:principis filius læ
tificat populos.At nõ iniuria Hesiodus inquit:Nil est tã populis exopta n-
dũ.q̄ ut participi filius sit:cuius se facie:q̄ si Solis aspectu:a tenebris diuidi
posse censeat.Natus igitur nostro inuictissimo principi filius tam no s red-
didit omnes lætos q̄ quicquid usq̄ uoluptati cõtingere quiuisset.Q uid enĩ
si sapiebamus:uæhementius optabamus .Nostris deniq; p̄cibus supplica-
tionibusq; superi satis fecere:Puer natus est nobis:ut illo utar christiano:&
filius datus est nobis:cuius fide:ac prudentia possimus aliq̄n iustissime re-
gi:pacatissimeq; gubernari Hanc uoluptatē nostris omnibus cõmunē esse
reor uerũ etiã illi ad quos nihil hæc successio pertinet.Manifesto enim quo
tidie intuemur:& cometem:& alia cæli signa pro principibus apparere:qp
p̄e quorũ ortu:atq; interitu fiunt:& deficiunt plurima. Q uot enim unius
obitu principis cuius nõ sint successionem hæredes ulli filii possessuri:mu-
tationes factas esse legimus:uidimusq; nõnunq̄:At nomen hoc filii cohi-
bet omnia:nihilq; p̄mittit aduersi patrari:nihil insidiarum a finitimis pa-
rari.Gaudete igitur & uos nobiscũ hoc tam optato bono & alios nostra læ-
ticia gaudere simul docete ut & nostra sua causa intelligatur: finitimos etiã
nostros lætos esse.Ex Mediolano.vii.Idus Maii.

Pro filio principi nato:
Lætificatiua familiarissima.

¶ Vod plurimũ oẽs optabamus:sumus hoc tandē sũmis ĩnumerabili
busq; supplicationibus cõsecuti ut nat⁹ sit nr̄o prĩcipi filius.O q̄ sci-
t⁹ ē infãtulus .Facies priami(ut Aristoteles ait)digna ē ĩpio.Nihil hēt cum
plebeis cõmune:tam formosus ē:tãta p̄ceritate mēbrorꝫ:tam egregie robu
stis nodis ac inter nodiis.Admirãtur hũc matronæ:natũq; dicũt iam trien
nē existimãdũ. Q uã sit hæc huic uniuerso regno uæhemēs læticia:ĩde po
tes cõiectari.qđ ut optabamus & sperabam⁹:ita dubitabamus nũq̄ nõ pos
se a supis cõseq.Deorꝫ beneficio factũ ē:ut & nos uotis nostris largitionē in
uenerimus:& de hoc principatu sit subditis uniuersis spes bona relicta. Nã
ut est princeps nr̄ prudētissimus:& gubernat nos sapientissime:sic filiũ in-
stituet sui similē:ad oēm uirtutis gloriã.Lætemur igit̄ & exultemus oẽs:hoc
tã iucũdo & fœlici munere.Ex mediolano.vi.Idus Maii.

Pro filio principi nato Grauis.

a Ntiqſſimꝰ populorũ mos extitit:ut cũ principibus.filii naſcerentur
oẽ ſũme lætitie genꝰ declarart̃:Quãobrẽ pſæ ũdiꝗ cũ mũeribꝰ eo ca
ſu cõueniebãt:ut & regi gratularẽt & ſaltis choreiſꝗ publicã exultationẽ ex
primerẽt.At ægiptiis regibꝰ aliqñ plus dicit̃:uno filio nato:tributi acceſſiſ
ſe:q̃ cũ totius ãni reditꝰ mittebãt.Quare apd̃ illos trito id cœperat uſurpa
ri(ut plato inqt)uerbo:boni ſũt ãni fructus:ſi filius regi natus eſt.Thraci
bus uero regibus ſolebãt occurere cũ ſacrificiis ſacerdotes pæana canentes:
cuiꝰ auſpiciis bonis filii creti forẽt illis.Quẽ qdẽ ritũ cũ dirimiſſet Diome
des ille crudeliſſimꝰ:populis odioſiſſimꝰ fuit.At arcades habuerũt Lycao
nẽ ſp infẽſũ:poſteaq̃ Arcadẽ(quẽ poetæ iure fabulãt̃ ĩ urſũ eẽ uerſũ:qm̃ pa
tris metu lateret in ſiluis)pepuliſſẽt ex regia:coegiſſẽtꝗ ꝓfugũ ĩ certa latere
ſede.Nã ſi gratulãdũ ẽ pricipi cui filiꝰ natꝰ ſit:multo d̃bet eo filio magis læ
tari pater:cuiꝰ ẽ:& cuiꝰ cũ ſalute ſua cõnexa ẽ ſalꝰ.Qđ ſi uero mõ nõ lætat̃
ſed eiꝰ interitũ q̃rit:is merito ẽ oĩbꝰ odioſꝰ.& Lycaõis ꝓmeritꝰ ẽ cognom̃tũ
eoꝗ peiꝰ:qd̃ uel ipſi lupi ſuis afficiũtur fœtibus.At Tãtalꝰ rex tã illuſtris.q
& Europe magnas rexit urbes & grãdẽ aſiæ ptẽ ſubegit iccirco coactꝰ ẽ de
mũ ĩ ſe ſuoſꝗ mores oẽs poetas plura finger̃ qd̃ cũ hẽret Pelopẽ filiũ nõ mõ
lætꝰ eo nõ erat.quẽ amabat uniuerſa Græcia.ſed eũ a ſe pepulit:& exulare
coegit quẽ Græci ĩ primis odiũ eiꝰꝗ uirtutẽ ſibi regẽ aſciſcẽtes.ab eo ſuæ re
gioni nom̃ dederũt:eãꝗ Peloponeſſũ uocauerũt.Qđ agenorẽ ĩ mediũ af
ferã.quẽ phœnices pari ſũt ĩſectati rõe:qd̃ Cadmũ a ſe filiũ ab dicaſſet is ãt
nõ multo poſt ĩ Boetia Thebas cõdidit aſtyagẽ ĩ nepote Cyro eiiciẽdo dã
nãt:& amuliũ ĩ fratris Nũitoris eiiciẽdis nepotibꝰ ĩprobãt.& Laiũ crudeliſ
ſimũ ĩ œdipo filio feris mãdãdo ſui ſceleris paſſũ eẽ pœnas dicũt ꝓpterea:
qđ nõ læticiã publica(ut debebant)exegiſſent.ſed dolorem acerbiſſimum
quod ab homini naturæ ui alieniſſimum & uidebatur.& erat.Quo enĩ de
bent iucundius exhilarari parentes ac aui:q̃ ſi filii:nepoteſꝗ naſcantur a qui
bus ꝓpagari uideant genus ſuũ ſuæꝗ immortalitati ſtuderi.Tam eſt ĩmor
talitas ſola(cuius uidentur eſſe omnes.q̃to maiores & magis.ſunt illuſtres.
cupidiſſimi(bonis oĩbus exoptanda.ut cum aliquid acquiritur unde poſſit
ea quicq̃ nãciſci muneris.in eo ſit omnis mens occupata.ab eo pendeat uo
luptas omnis.Quare ſapientiſſime dictum,eſt apud Virgilium illud.Om
nis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.Natus igitur nunc nobis filius & nos
ſummopere lætos fecit.&ut epiſtolas eius cauſæ lætificatiuas ad amicos
mitteremus atꝗ ſubditos fecit.Lætati certe nos ſumus ſupra modum nõ ſo
lum ea iucunditate.quæ communis eſt patribus ſingulis.ut filiorum ſucceſ
ſione uiuant.ſed ea uoluptate:q̃ nos nobiſcũ ſubit ut uideamꝰ iã pari:q no
bis obeuntibus aliqñ:ut mortales ſumus interituri nr̃o nomine ac nutu.Iu
ſte ſapienterꝗ uos omnis moderetur atꝗ regat.Quid enĩ eſt dubitandum
populis:ne pace uiuant tranquilliſſime:cum bene natum regem habent.

At uobis amici ac foedere mecū iuncti cōem iccirco uoluptatem hanc reor: qm̄ ut patrimonioꝝ sunt filii. Demosthenis instituto: sic debent paternarū esse amiciciaꝝ heredes. Quare ut ego uester sp fui nullaq; in re diuisus a stu diis & uoluptatibus uestris sic filius hic futurus est paterne mentis æmulus ad quæ oīa sic instituā: ut in eo aliū me ipsū uos esse nactos. sitis nō multo post intellecturi. Gaudete igitur mecū: & publicæ huic læticiæ festos hisce dedicemus dies: cū sacris etiā ut talis in uos filius futurus sit qualis pater an tehac semper exitit. Ex mediolano quinto Idus Maii.

Sinonima pro filio principi nato lætificatiua.

Letandnm est nato principi filio.

Cōmunis nos pro nato nobis regulo uoluptas capio.

Eandem agamus læticiam propter natum nobis principis filium.

Choros & saltus adeamus nostro nobis nato principis filio.

Caudeant omnes hoc nato regis filio.

Publica est hæc: non priuata læticia: quod nostro principi natū sit pignus.

Successurus nostro regi nūc natus infans cōem in nos contulit uoluptatem

Sumos tam summa detenti læticia propter principi natum hoc die filium: ut nihil uoluptuosius: nihil iucundius dici possit.

Tanta læticia tenemur eūcti: ut nihil addi possit ad cumulum: quia filius ē principi nostro nunc natus:

Ob natum nunc mihi filium: cupio uos mecum pariter exultare.

Qui me amāt: hanc meam exultationem propter natū mihi infantem: sibi communem faciant.

Qui prīceps ē meæ iucūditatis: quia nat⁹ sit mihi filius: nō me minus lon ge exultabit.

Qui meus est uel affinis uel propinquus. natum mihi filium meum sum mopere lætetur. Titulus. lix.

De filia nata lætifieatiua familiaris.

u Iri boni iuriscūsultoꝝ illud maximum uitium cōsiderātes: uel Du ce natura: nō minus filias amant: q̄ filios. Eodē beniuolētiæ gradu suo seie natos ꝓsequūt. Quāobrē Artaxerxes una dicebat sibi nata filia: dū os sibi filios q̄siuisse qm̄ Orontē sibi generū adoptasset. Inde fit: ut neq; na tura repugnat nec interdū cōsuetudo: nec ius hoīnum: ut amētur filiæ non minus q̄ filii. Quare cū mīe sit nobis nata filia: & nos lætati sumus maxīo pere: & ut lætēt æq̄ amici nr̄i: plurimū cupim⁹: q nullis a mēte nr̄a uideanē eē studiis abhorrētes. Si nos igit̄ amatis: uos subditi publicā læticiā choris saltib⁹ supplicati oīb⁹ triduāis efficite oēq; uoluptatis honeste gen⁹ exercete At uos amici patres atq; fratres: declarate cæteris: mea quæq; nobis esse cō munissima. Ita enim me dii adiuuent: ut non minorem ex hac nata filia uoluptatem suscepimus: quam si filius ortus foret. In hac nostram nos

olabimur senectutē:arbitrabimurq; nascituros nobis nepotes oēs filios fo re:uobis(ut opinor.& curabo)gratissimos:Ex Mediolāo.iiii.Idus Maii.

De filia nata lætificatiua familiarissima.

c Vm nobis sit nata filia:sumus nō mediocriter lætati:siue qđ nullū haberemus antea pignus.seu quod eo pacto nos ad amandū inuitet natura hominū hac in re ductrix atq; gubernatrix.Cupimus āt eadē eē lætos iucūditate cæteros:q nobis sūt ullo uel amiciciæ:uel ꝓpīqtatis deuincti gener:uel clietelæ ac seruitutis subditi debito:ut patefaciant nulla ī re uel mœsta uel læta:sese a nr̄is mētibus eē disiūctos.Itaq; quo plurib⁹ ac maioribus publicæ lætiæ signis hæc cōis mihi rē gratiore & cariorē effeceritis. ex Mediolano pridie Idus Maii.

De filia nata lætificatiua Grauis.

q Vāq̄ natura docet:tñ ē & illud nobis argumētū:qđ ueteres omniū doctissimi nō sine cā:una uoluerūt appellatione mares fœminasq; dici filios.ut Ciceronē legim⁹ cū ad filiū filiāq; scribebat:dicer̄ solitū filios delectissimos.At principibus Asyriis q primi oīum regna gubernarēt:nō min⁹filiæ succedebāt q̄ filii:nec Medius rursus:nec græcis si & in argnis ui deātur:& ī thebanis pluria.nec me deterret.qđ Plato uoluit muliebre semē esse fœminā:uirile uero marē:qđ & naso declarauit illo Deucalionis accepto pyrræq; oraculo.ut quotquot lapides post se iaceret frater:mares.quot quot soror futuræ feīa qdem essent cū Aristotelē:quem sequūtur hodie oēs sapientes:sciamus oēs filios patris dicere:nec coniugem aliud quicq̄ opera ri q̄ tellurem quæ acceptum foueret propagaretq; sæmē.Sed esto sit uerus Plato:qui pote hoc fit:ut mater tam amet sincere igitur filium marem illū quidem quem ipsa non genuit.Vt ea communis & studiis & mēte uiro idē pignus amat:quod sine uiro nunq̄ edidisset:sic amet & pater filiam quam nisi coniugi fuisset adiumento:nūq̄ illa peperisset.Q uid quod Aristoteles testimonio pater plus filiæ efficitur necessario:mater uero filio.Nam cum mater non auxiliaris sit:sed quæ auxilium postulet:illum filiorum amat uehementius:a quo plus intelligat aliquando se posse adiuuari:cuiusmodi marem sibi futurum adiumento certo scit:qui naturæ ductu patris superstes: matrem possit adiuari.At pater qui auxiliator esse solet & ea de causa filios amat:ut ipsis adiumento sit:iccirco diligit natas:plusq̄ natos quoniam maribus omnia sunt profutura:fœmine sine subsidio patris male sint habiture. Q uid:quod hinc affinitates principibus quæruntur q̄ plurimæ.quibus solent contineri principatuum nerui:successionesq; stabiliri.Nam quod inter Cæsarem & pompeium.inter Danaum & ægyptum in Astyagem & filiæ natum fuerint:dissidia.discordiæq; non uulgares id ne quidem reliquos ad minus amandas.commoueat filias.cum & illæ id quidem acerbissime tulerit:& non omnes eædem sunt filiæ.non omnes iidem generi.Q uāto cedi

po iucundior filia quae caecum est patrem semper comitatā.& ea quidem tutata diligentia.ut nihil ei potuerit esse hac sublata iucundum. cum hac nihil poene molestum.quod possemus easdem in medium afferre.quibus intelligeretur.non laetos esse posse patres minus filia nata.q̄ filio. quid si interdum & milto magis.Hinc ubi nunc nata est nobis filia:nec minus laetati sumus:q̄ si filius nasceretur:nec minus alios esse laetos decere. opinor.q nobis afficiuntur.Itaq; uos qui nobis estis subditi.debetis publicam hāc laeticiam exercere.ut intelligatur a nobis nostra quae uoluptate pēdere uestrā quos nihil alienum a mente nostra factitasse aut facturos certum est. Vobis autem O amici ac nobis foederibus deuincti:non edico nec praecipio. sed supplico:& si aequum est pro mea in uos fide.rogo atq; obtestor ne minus sitis in hac laeticia publica me minus iucundi festiuiquae: q̄ ego & fueri.& sim & esse constituerint Nolim enim quemq̄ arbitrari:quoniā filia sit. aut nos auaricia ductos dotis adimplendae causa:aut ullo doloris genere pellectos:confosos existimari.A mente nostra nihil est alienus uituperatione:nihil nobis cōmunius & antiquius cupiditate gloriae:ut facile cognosci possit nihil mihi simulandū aut dissimulandum.Q uare cū & ipse uero laetor: & uobis laetandum eē ducā:rogo ut hāc publicā laeticiā sic exerceatis: ut exercui ego hactenus.Ex mediolano idibus Maii.

Sinouima de publica pro filia.
principi nata laeticia.

Laetandum est publicae pro filia principi nata.
Nihil uoluptatis omittendum ē pro ea:quae nata ē principi filia.
Cum creta sit principi nata:gratulandum est ei.
Nobis summopere gaudendum:quia filia est regi nostro creta.
Post satam regi filiam:& ipse exultat:& nos exultamus.
Summa nos uoluptas consequitur:qn̄ filia regi nata est.
Nil pōt hoc tempore nobis iucundus eē:q̄ q; regi sit nata filia:
Pro ea laeticia:q̄ rex nr̄ exhilarat̄ ꝓpter natā filiā:& nobis piter laetādū est:
Nihil ē publicae ꝑtermitēdū festiuitatis:ut pricipē imitemur īnata sibi filia.
Tā ē dux noster pro filia sibi nata laetus ut nobis idētidē faciendum sit.
Faciem⁹ rē duci iucūdissimā:si ꝓpt̄ filiā ei natā publicā laeticiā exercebim⁹.
Q uā gratissimi possum⁹ esse duci:ꝑ eius filia publicā exercētes festiuitatē.
Ob filiam duci natam dēmus & choros & saltus par urbem agere:
Afficiemus Ducem incredibili iucunditate.si pro filia sibi nata: ut ipse iubet:publicam laeticiatu ostendemus.

Titulus.lx.
De hoste fugato uel caeso familiaris.

I Am deniq; caesus est noster hostis:qui nos atq; nostros omnis tam dudum insectatus est omni persecutionis ac odii genere:iam nihil

nobis est timēdū āplius. Imitari debemus Asyrios: qbus ꝑ hoste cæso fiebant nō publica solū sacra sed festa triduana: ut declararetur oībus: q̄ hosti cauendū foret: cū eo cæso tantū exultaretur. At persæ inter eosq; magi zoroastris instituto cōstituerūt. ut qcūq; hostē cecidisset. nō solū publico donaretur munere: coronaq; magni pretii: sed inter ciues sūma ualeret & auctoritate & gratia: qui cæso quidem hoste ciuitatem omni metu liberasset Vt enī hostilis manus calamitatem inducit nōnunq̄ maximam: ita eius interēpti conditio maximam affert urbibus uoluptatem. At sempronius Capadociæ rex iampridem in nos fuit acerbissimus. In nos usus est omnium inimiciciarꝝ & publicarꝝ & priuatarꝝ genere. Affecit nos nedū contumeliis. conuiciis probrisq; q̄ plurimis: uerꝝ etiam. quotiens in agrū nostrū excursionibus nixus est: prædas reportauit: captiuos duxit: omneq; scelerum exercuit genus: Precabamur superos: ut huius nos pestis metu liberarent. Nostra cura sublat⁹ est deniq; superatus: & cæsus in frustra: ut publica læticia merito debeamus diis immortalibus habere hac dicere gratias: qui nobis hunc sustulerunt morbum. Hoc ego & in templis: & in plateis agendū iubeo: quod & uobis præcipio: quos scio mei studiosissimos. Ex Mediolano xyii. calendas Iunias.

De hoste fugato uel cæso familiarissima:

